angelicam. nunc ad protegendū
cuſtodiendū. miniſtrandū. Ad
Heb. i. Omēs ſunt adminiſtra
torij ſpūs. in miniſteriū ⁊c. Cor-
poralem vero dedit ad vſum no
ſtrum ⁊ noſtrã vtilitatem. De h
2. Gnaz. diſ. i. Uerū hec omĩa
et ſi multa ſunt ⁊ magna taliaq₃
qualia preter deū nemo donare
poteſt. Tamen ad cōpationē ho
dierni doni. nō dico nō magna.
ſed pene nulla ſūt. ☞ E Ad
cuius doni magnitudinē vtcū-
q₃ eſtimandã. confert attendere
doni dignitatē. noſtram quibꝫ
donatū eſt īdignitatē. donati-
onis quoq₃ modum et finem.
Donum igitur hodierna natiui
tate p virginē nobis datum. ver
bum eſt ex ſummi ac eterni patrꝭ
corde eructatum. ex deo vero de
us. per quod facta ſunt omnia.
et nihil ſine eo. In principio in-
quit Joh. i. erat verbū et verbū
erat apud deū. ⁊ deus erat ver.
Omnia p ipm̄ facta ſunt. et ſine
ipſo factū eſt nihil. et ſequitur.
Et verbū caro factum eſt. et ha-
bitabit in nobis. et vidim⁹ glo-
riam eius gloriã quaſi vnigeniti
ã patre. plenū gratia et veritate.
Item angelus ad mariã. Luc. i.
Ideoq₃ et quod naſcet᷑ ex te ſan-
ctum vocabit᷑ filius dei. Iſa. ꝗ₃

c.9. Paruulus nat⁹ ē nob̄ ⁊ fili⁹
datus eſt nobis. ⁊ vocabit̄ nomē
eius admirabilis. cōſiliari⁹. de⁹
fortis. pater futuri ſecl'i. pnceps
pacis. Item vocabit̄ nomē eius
emanuel qd̄ eſt interpretatū no/
biſcum deus. qui eſt de⁹ benedi
ctus in ſecula. Ro.9. Ecce apo/
ſtolico. pphetico. angelico ⁊ euā
gelico teſtimonio. puer nob̄ ho/
die nat⁹ eſt. Clari⁹ aūt ad Heb.
j. in epiſtola hodierna. Verbum
patris vnigenit⁹ dei fili⁹ ſimul ⁊
ipſe deus. ¶ Et quid ē de⁹?
Reſpōdet Dam̄. j. ſniaꝝ. Pela/
gus infinite ſubſtantie. hoc eſt.
Eſſe infinitū. bonitas infinita.
ſapiētia infinita. potētia infini/
ta. pfectio infinita. ⁊ qdq̇d ſim/
pliciter laudabile atqꝫ pfectū di
ci pōt. idipm eſt. ſꝫ infinitū. hinc
Grego. nazañ. vbi. ſ. deū deſcri
bens ait. eſt inſupabile qd̄dam.
et ſine fine ſubſtātie pelag⁹. nul/
lis terminis limitibuſqꝫ circūda
tum. omnē ſupgrediens ſenſum.
omne tps. atqꝫ omnē naturā. Et
qm̄ infinitus eſt. indicibilis eſt.
Parū eſt indicibilis. intelligibi
lis eſt. icogitabilis eſt. Magn⁹
dn̄s et incōprehenſibilis cogita/
tu. ait Hiere. 32. ca. Hinc aplus
1. Thi. 6. Lucē habitat inacceſ/
ſibilem. quē nullus homo videt
nec videre poteſt. Vere eteni de/
us abſcondit⁹ eſt ab humano in
tellectu. vtpote qui poſuit tene/
bras latibulū ſuum. Et beatus
Aug⁹. lib. 1. de doctrina xpiana.

ſnialit̄. Eoipo q aliq̇d d̄ deo d̄r.
certū ē q de⁹ nō eſt illd̄ qd̄ d̄r. q̄
ineffabil' eſt. Et Grego. nazañ.
Hoc ſolū ē qd̄ ex deo cōprehēdi
m⁹. q̄ cōprehēdi nō poſſit. ¶
Quis āt d̄ deo nihil digne dici
nec itellectu ꝯphēdi. nec ſic eſt vi
deri poſſit. Impfecte tn̄ ⁊ ex pte
d̄ illo cogitam⁹ ⁊ loq̇mur. ſm no
ſtrū itelligētie ac vocis pauptā
tē. Hoc ḡ vtcūqꝫ de ipſo ⁊ cogitā
mus et loq̇mur. q̄ deus eſt natu
ra quedā excellentiſſima ⁊ imor/
talis. Principiū eternū ſine pn/
cipio atqꝫ fine. quo melius nihil
cogitari poteſt. omia creans. oia
cōtinens. omnia ſubijciēs. omia
diſponens. omnia concludens a
nullo ꝯcluſus. A quo omia bo/
na. ſine quo nihil. nō modo bo/
num ſed omino nec eſſe poteſt. et
talis eſt pater. talis filius. talis
ſpūſſanctus. quia hij tres vn⁹ et
inſeparabilis deus. ex quo omia
per quē omia. in q omnia. ipi ho
nor et gloria ait Aplus. Ro. 11.
Nec tn̄ pater filius eſt. nec ſpiri/
tuſſanct⁹. Neqꝫ fili⁹ pater ē. nec
ſpūſſanct⁹. Et ſpūſſanct⁹ nec pr̄
eſt nec filius. Sꝫ eadē trib⁹ eter
nitas. eadē incōmutabilitas. ea
dē maieſtas. eadē poteſtas. Ver
ba ſunt bti Augꝰ. pmo de doct.
xpiana. Diſcrete igit̄ perſone
ſunt. ſꝫ dignitas indiſcreta. Et
qm̄ ſūt diſcrete. nō pater. nō ſpi/
rituſſanct⁹. ſed fili⁹ ſolus nobis
nat⁹ eſt ex virgine. ſed talis q̇ p/
pter inſepabilē diuinitatē nō mi

noꝛ ē patre. nō minoꝛ ſpiritu ſan-
cto. ☞ ¶ Audi deuotuꝫ
Anſhel. de dignitate filij nō ſic
eſt. ſed quēadmodum vtcūqꝫ di
ci poterat reſonantem. O q̄ꝫ bo-
nus inquit et ſuauis es domine
ieſu. vberrime fons omniū gra-
ciarū. Inclita proles ſummi dei.
ſumme deus. O inmarceſſibil'
decoꝛ dei excelſi. et puriſſima cla
ritas lucis eterne. vita omnē vi-
tam viuificans. Lux omne lumē
illuminans. in perpetuo ſplendo
re conſuans mille millena lumi-
na. fulgurantia ante thronū di-
uinitatis tue a primeuo dilucu-
lo. O eternum et inacceſſibile
clarum ⁊ dulce pꝛofluuium. fon-
tis abſconditi ab oculis omniū
moꝛtalium. Cuius vnda ſine oꝛ-
tu. cuius ꝓfundum ſine fundo.
cuius altum ſine termino. cuius
amplitudo īcircūſcriptibilis. cu
ius puritas imꝑturbabil'. Eru-
ctauit te coꝛ dei altiſſimi. de ſue
ꝓfunditatis īpenetrabili abiſſo
Vita vitam. lux lucem. deus de
um. eternus eternum. immenſus
immenſum. ⁊ per omīa ſibi equa
lem. Ex quo omīa tanq̄ꝫ ex nihi-
lo. per quem omnia tanq̄ꝫ per me
dium. in quo omīa tanq̄ꝫ in fine.
In deo nanqꝫ ſunt omīa anteq̄ꝫ
fierent ab eterno. ſm eſſe ydeale
quod factum eſt ī ipſo vita erat.
Joh. 1. Item Coloſ. j. Omīa in
ipō conſtant exeunt autem in eſſe
exiſtentie per creationem. rede-
unt in idipſum per annihilatio-
nem. verius manent in ipſo. non
enim ſic redeūt. annihilata. qua
ſi tempoꝛe ſue exiſtentie reliquiſ-
ſent eſſe ſuum ydeale in deo. ſed
manet creatura ſemper anteq̄ꝫ ꝓ
ducta eſt. dum ꝓducitur et eſt ⁊
dum eſſe deſinit āni hilata. qua
annihilatione redit in ſuum ꝑn-
cipiū. quia pꝛeter eſſe ydeale qđ
eternaliter habet in ſuo ꝑncipio
nullibi manet. Quis ⁊ alit' crea
tura manēs eſt in deo tanq̄ꝫ in fi
ne finaliter ⁊ beatifice quieſcen-
do ī deo. ſi fuerit rōnalis. aut fi-
naliter oꝛdinata ī deum. ſaltē ꝑ
deū. đ quo ſcribit' Uniuerſa ꝓpt'
ſeipm̄ opat' eſt deus. Pꝛou. 16.
¶ Exemplum aliqđ adhiberi
pōt. imaginemur ſpeculum ali-
qđ. in quo oīa nō tm̄ obiecta ſed
ſimul vniuerſa. pn̄tia. ⁊ abſentia
exiſtētia ⁊ nō exiſtētia. luceāt ꝑfe
ctiſſime. diſtincte ac ſemꝑ. Dđ-
q̄ꝫ ſpeculū ipm̄ intelligat oīa hec
in ſeipō. habeat q̄ꝫ ſpeculuꝫ ipm̄
plenā ⁊ ſufficientē facultatē q̄tli-
bet relucētiū in ipſo. ꝓducere ex̄
realiter in eſſe exiſtētie. Iſtud ꝓ-
ductū ſm eſſe relucēs qđ ydeale
dicim' ꝑfuit in ſpeculo ſuo ꝓdu
cente. ⁊ ꝑ eius ꝓductionē nō re-
ceſſit a ſuo pꝛincipio. ſm eſſe qđ
ꝑhabuit in eo. et annihilatū ſeu
coꝛruptū in ſuo eſſe reali qđ acce
pit ex tꝑe. nihilomin' manet re-
lucēs in ſpeculo. ſicut reluxit pꝛi'
q̄ꝫ ꝓduceret'. Tale itaqꝫ ꝓductū
eſſet ex ipſo ſpeculo. ꝑ ipm̄. ⁊ ī ipō
ita omīa ex deo. ꝑ deū. et in deo.

¶ Ecce tale ⁊ tantū bonum. nr̄a
mortalitate tectū. ſūma dei lar-
gitas nobis dedit. ¶ R. Qui
bus nobis? nobis certe diuiā mi
ſeratione de nihilo ꝓductis. ad
dei imaginē formatis. olim pa-
diſi incolis ꝯſtitutis. dn̄is terre
ſtabilitis. dei cognitiōe ⁊ amore
ditatis. ſuperne hieruſalem ciui
bus deſignatis. conſortibꝰ ange
lorū. coheredibꝫ ſupnaꝝ virtutū
Nobis ſic a dn̄o a p̄ncipio. ꝓdu
ctis. ꝓuiſis exaltatꝫ. Sꝫ heu
ꝓprijs exigentibꝰ demeritis. mi
ſerabiliter mutatis. Nam hono
rem ꝓpriū nō intelligētes cōpa-
rati ſumus iumētis inſipientibꝫ
facti ſimiles vanitati. ad nihilū
redacti. Nam damnati ſumus
exilio. extruſi de paradiſo. verſi
ſumus in puluerē. foliū aridum.
ſtipulam ſiccam. luteā et fragilē
teſtam. vaporem ad modicū pa-
rentem. pellem morticinā. putre-
dinē atqꝫ vermē. et qui creatoris
munere omnibꝫ corporalibꝰ fui-
mus prelati. noſtra ꝑuerſitate ſu
mus omnibꝰ ſubiecti. fcti ꝯfuſi-
onis filij. ignorantes ⁊ tenebroſi
ſub peccato venūdati. natura ire
filij. dei inimici. mancipia dya-
boli. cibus inferni. vita indigni.
morte duplici tꝑali ⁊ ꝑpetua cō-
demnati. Ecce qualibus. q̄ꝫtum
donatū donum? ¶ C Sꝫ li-
bet animaduertere quō. quo ue
fine tam miſeris ⁊ indignis. na-
tus eſt et datus. tam excelſus et
ſublimis. Dant̄ vaſa aurea ⁊ ar-
gentea ac ſuppellex p̄cioſa vt ma
neant. ſeruent̄ ⁊ exornentur. Da
tur cibus non quidem vt mane-
at. ſꝫ vt ī melius cōuertat̄ in ſub
ſtantiam viuentis qđ nutritur.
Datur veſtimētum quod vſu cō
ſumitur. et quo plus vtimur tā-
to plus vtentis vtilitati ſubtra-
hitur. Sed longe aliter. noſter
paruulus nobis datur. Man-
ſit quidē apud patrem qđ erat.
aſſumpſit quod non erat. vt fre-
quenter loquitur Augꝰ. Aſſum
pſit autem non maius ſe nec ſi-
mile. ſed valde inferiꝰ. valde diſ
ſimile. valde autem nobis neceſ-
ſarium et vtile. Ecce enim hac ſa
cratiſſima natiuitate. qua nobiſ
vnigenitus patris datur. Eter-
nus factus eſt temporalis. dierū
antiquꝰ factus eſt puer diei vni
us. Fit creatura creator omniū.
filius pauꝑcule mulieris filius
ſummi regis. Dominꝰ omnium
fit miniſter conſeruorū. Fit om̄i
potens deficiens. Qui om̄ia vir
tutis ſue verbo portat. portan-
te indiget. Qui paſcit vniuerſa
matrꝫ lambit vbera. Qui ſolem
veſtit lumine. ⁊ celum ſideribus
pannis inuoluitur vilibus. Qui
habitationem preparauit ange-
lis in celo. hominibus in paradi
ſo. viuētibꝰ in elemētari loco. re-
clinatur in p̄ſepio. Fit ſapientia
infans. doctor angelorū regimī
ſubijcit̄ hoīm. Rector vniuerſi-
tatis. imperio ſubditur Joſeph
atqꝫ matris. infallibilis cogni-

tor inuiſibilium. miniſterio cor-
poraliū vtitur ſenſuum. Specu
lum ſine macula paterne clarita-
tis. velut obſcurus ⁊ incognitus
naſcitur in ſtabulo mutꝰ et elin-
guis. Qui ſua bōitate replet oīa
beneficijs. beneficia expectat vir
ginis matris. Gaudiū angeloꝝ
dat vagitus lacrimarū. Seipſo
eternaliter beatꝰ. noſtre miſerie
ſubijcitur. In quo omīa viuūt.
mortalis efficit̄. impaſſibilis pa-
titur. ſanitas omniū infirmat̄.
Quid plura? fit infirmus ſum-
mus. quia hō deus. ¶ Si
dicis quō ſummus ex eo factus
eſt infimus. quia deus homo fa
ctus. cū homo ſit digniſſima cre
aturarū maxime corporalium?
Sed ad hec dicendū. licz ita ſit
de homine in ſtatu innocētie. ſe-
cus tamē eſt de homine peccato-
re. Quoniam ſi per acceſſum ad
deum velut ad digniſſimū. eſti-
mari debet rerū dignitas. ⁊ indi
gnitas per receſſum. quid indi-
gniꝰ peccatore? Unde audacter
pronuncio. peccator in eo q̄d pec
cator indigniſſimus creaturarū
eſt. Eſt enim ꝓpe nihil. Nam ſi
peccatum nihil eſt. dicente Johe
ſine ipſo factum eſt nihil. i. pecca
tum. ſm magiſtrū. Nonne ſicut
albedo facit albū ſuū ſubiectū.
Ita pctm̄ ad nihilū redigit pec-
catorē. ¶ Et ſi iterū dixeris. Nō
aſſumpſit ꝟbū naturā peccatricē
ſz mūdā ſz inocentē. Dicēdū. ve
rum eſt. neqz decebat fonti puri-
tatis tantā impuritatē. nec luci
tenebras miſceri. Peccatum igi
tur nō fecit. nec inuentus eſt do-
lus in ore eius. i. Pet. 2. Aſſum-
pſit tn̄ naturā in ſimilitudinem
carnis peccati. Ro. 8. Naturā
ſcz ade. nō quidē vt fuit in ſtatu
innocētie ſed vt erat poſt lapſum
penalitatibꝫ ac defectibus ſubie
cta. Hoc vult aplꝰs ad Hebre.
4. Temptatū per omnia ꝓ ſimi-
litudīe abſqz peccato. Quid enī
nō paſſus eſt chriſtus? Ecce cir-
cūcidit̄. et legali hoſtia mundat̄
vt peccator. perfert fraudes tem
ptatoris fugit ꝑſequētū lapides
famē patitur. dormit et triſtat̄.
laborat et fatigatur. cōprehēdit̄
et damnat̄. crucifigit̄. moritur.
ſepelit̄. Hec omīa patitur velut
peccator nihil cōmune habēs cū
pctō. Huic rn̄det figura enei ſer
pentis Nu. 21. In q̄ ſilitudo vi-
debat̄ ſerpētis abſqz veneno. ita
in xp̄o ſimilitudo carnis peccati
id eſt carnis paſſibilis abſqz pec-
cato. Joh. 3. Et ſicut moyſes ex
altauit ſerpentem in heremo. ita
exaltari oportet filiū hominis.
☞ ¶ Quid ſi oſtenderem
chriſtū nō ſolū hominē talē qua-
lis dictus eſt natū. ſed etiam no-
uiſſimū oīm et viliſſimū reputa-
tū. Accipe in hoc q̄d Iſaias te-
ſtatur ca. 53. Uidimus eū. et nō
erat aſpectus. et deſiderauimus
eum deſpectū et nouiſſimū viro-
rū. Unde nec reputauimus eum
⁊c. Hinc alius ꝓpheta in ꝑſona

dñi. Ego.inquit ſum ꝟmis ⁊ nõ
homo. opprobriū hoim. et abie-
ctio plebis. Et Grego.3. mora-
liū.chriſtū damnati homis for-
mā aſſumpſiſſe aſſerit. quia cor-
pus aſſumpſit paſſibile ꝗ penas
damnato homi debitas tolera-
uit. Hinc exclamat beatꝰ Anſ.
O miranda. O amanda digna
tio. Deus imenſe glorie. vermis
cõtemptibilis fieri nõ deſpexiſti
Dñs omniū.cõſeruꝰ ſeruoꝝ ap-
parere voluiſti. Parū tibi viſuꝫ
eſt patrē nobis te eſſe. etiam dñe
frater noſter eē dignatꝰ es. Fra-
ter vtiqꝫ ⁊ ꝑticeps nr̄e tribulatio
nis. Sicut apl's ait ad Heb.2.
ca. Debuit ꝑ omia fratribꝰ aſſi-
milari vt repropiciaret d̾licta po
puli. In eo enim in quo paſſus ē
ipe. ⁊ temptatus. potens eſt ⁊ eis
qui temptant̾ auxiliari. Ita per
omia fratribꝰ aſſimilari voluit.
vt nec peccati penam ſuſtinere re
cuſaret. vnde ſcriptura teſte. qui
nõ eſt factus homo peccator. fie
ri voluit ꝓ homine peccatū. Un
de.2. Cor.5. Apl'us ait. Eum
qui nõ nouerat peccatū. fecit de-
us ꝓ nobis peccatū. Et ad Ro.
8. De pctõ damnauit peccatum.
Et q̇d indignꝰ: peccator an pec
catū? certū eſt ſm phi regulã. ꝙ
pctm̄. qm̄ ꝓpt̄ q̄d vnū q̄dqꝫ tale
et ipm magis. Pcti ꝯo indigni-
tatem dum latet pena debita de
clarat. ſicut ſuſpendium. furtum
ꝓpter q̄d pene opprobrium ⁊ de-
ſpectus. nonnūqꝫ magis q̄ꝫ pcti
vilitas eſtimat̄. hoc eſt ꝗ ꝙ deus
pater fecit xp̄m ꝓ nobis pctm̄. q̇
tm̄ peccatū nõ nouit. qui fecit eū
hoſtiā ꝓ peccato nr̄o. pcti nr̄i p̄-
cium. peccati expiationeꝫ. dū vt
penā peccato nr̄o debitā ſoluen-
do peccatū noſtrū deleret. miſit
illum. vt ſic de peccato. i. pena ꝓ
pctõ ſatiſfactoria. damnaret id
eſt religaret ſeu deleret pctm̄ no-
ſtrū. ¶ Attende ⁊ intellige nunc
ſummū factū infimū. q2 deus fa
ctus eſt hõ paſſibilis ac mortal'.
Homo deſpectiſſimꝰ ac ꝯfuſus.
et velut iniquiſſimꝰ peccator. in
penis ꝓ nr̄is peccatis attritus. ⁊
morte opprobrioſiſſima ꝓ dam-
natis inter latrones publice con
demnatus. ¶ Eya homo tanto
dono exaltate ⁊ redempte. ſi mi-
nus te mouit doni ineſtimabilis
magnitudo. ſaltem modum do-
nandi aſpicito ⁊ expaueſce.
☞ D ¶ Si queris. quo fine
quā vtilitate. quo fructu. tantū
ac taliter ſumma illa maieſtas ſe
exinaniuit? Certe ea noſtra ma-
xima vtilitate. vt vniūſam nr̄aꝫ
miſeriā quā aſſumpſit. a nob̄ lõ-
ge faceret. ac ſua que nõ deſeru-
it nobis daret. Heb.2.ca. Per
ſingula que paſſus eſt potens eis
que talia paciuntur auxiliari ⁊c̄.
Faceret inquā nos d̾ terrenis ce
leſtes. de ſeruis reges. de corru-
ptibilibus impaſſibiles. de mor-
talibus eternos. de miſeris bea-
tos. de hominibus deos. Hinc
beatus Hieroni. in ſermone hu-

ius feſti. Deꝰ inq̄t factꝰ eſt hō vt
hō deꝰ fieret. Formā ſerui dn̄s
accepit vt ſeruū verteret in dn̄m
Celoꝝ habitatoꝛ ⁊ ɔditoꝛ hitat
ī terrꝭ. vt hō colonꝰ terre. migret
ad celos. Locum videlicꝫ eterne
btitudinis. ¶ Si pergis q̄rere.
Et quō释 eternꝰ dei filiꝰ. tpali ſua
natiuitate q̄ hō factꝰ eſt. tāta no
bis ſua bona tribuit? Duplici h̄
via egit. Et qꝛ ī aſſumpta carne
deo prī ꝓ pctō dānatiōis generꝭ
hūani ſatiſfaciēs. cyrographum
decreti qd̄ aduerſuꝫ nos erat de
leuit. ⁊ ipm̄ de medio tulit. Col.
2. Clauſum pādiſum apuit. bti-
tudis locū reſtituit. ⁊ oia impedi
mēta amouit. Sicq̄ʒ eripuit noſ
de ptāte tenebraꝝ ⁊ trāſtulit ī re-
gnū dilectionis ſue. dignos nos
faciēs ſortis ſctōꝝ. in q̄ habemꝰ
redēptionē ⁊ remiſſionēꝫ pctōꝝ.
Si tn̄ in fide fūdati. ſtabiles ꝑ
māſerimꝰ. ⁊ imobiles a ſpe euan
gelij qd̄ p̄dicatū ē in om̄i creatu-
ra. vt dic̄ apl'us ad Col. j. ¶ P
Scd̄o vt ſua ɔuerſatione ⁊ do-
ctrina q̄ in terris natꝰ ē ⁊ int̄ ho-
mines cōuerſatꝰ nos p̄ꝑaret ad
recupate ſalutis ɔſecutionē. Ad
hanc enī vt ſtatim dictum eſt re-
quirit̄ vt in fide fundati. carita-
te feruidi. ſpe imobiles. ſataga-
mus ꝑ bona opera noſtrā voca-
tionem ⁊ electionē certam facere
vt dicit beatꝰ Petrꝰ. Sic enim
abundāter miniſtrabit̄ nobis in
troitus in eternū regnū dn̄i no-
ſtri. 2. Pet. j. Nihil vero cogita
ri poterit. quo ita fides nr̄a ro-
boraret̄. erigeret̄ ſpes. caritas ac
cenderet̄. ac virtuoſe cōuerſatio
nis vita formaret̄. et viſibili exē-
plo dirigeret̄. ſicut ꝑ tam gratio
ſam chriſti incarnationē. natiui-
tatē. atq̄ʒ talē inter hoīes ɔuerſa
tionem. ¶ Siquidē nihil dubi
tatiōis in altiſſimis fidei noſtre
miſterijs reliquit̄. poſtq̄ʒ illā non
modo angelus. nō ꝓpha. nō apo
ſtolus. aut quelibet alia creatu-
ra. quā vniuerſam vanitati ſbie-
ctam fore Apl's teſtat̄ Ro. 8. ſed
verbum dei. ſapientia patris. ve
ritas infallibilis et eterna. in car
ne apparēs. oꝛe diuino ꝑdocuit
ac poteſtate qua cūcta creauerat
miraculis ⁊ ꝓdigijs ſoli deo poſ
ſibilibus demonſtrauit. De hoc
beatꝰ Augꝰ. 11. de ciuitate dei. c.
2. ait. Ut homo fidentiꝰ ad ve-
ritatem ambularet. ipſa veritas
dei ſcꝫ filius. humanā naturam
aſſumpſit. ⁊ in ea fidem cōſtituit
et fundauit. ¶ Quid deniq̄ʒ mē
tes noſtras tante ad ſuperna eri
git. et ab immoꝛtalitatis deſpe-
ratione liberat. q̄ʒ q̄ tantos fecit
nos deus. vt dei filius immuta-
biliter bonus. manens id quod
erat et a nobis accipiens qd̄ non
erat. noſtrum dignatus eſt inire
ɔſoꝛtiū. verā carnem aſſumendo
ait Augꝰ. 13. de trini. Et wilhel
mus in de fide et legi. Spes ɔſe
cutiōis venie. collatōis gr̄e. a de-
ptiōis gl'ie. ex alio tam firma ge-
nerari nō pōt. ſic et noticia certa

magnitudīs miſcḋie dei. quā po
tiſſime nobiſcū fecit. ⁊ eaꝫ nobis
oſtendit. cū ꝑuitatē nr̄am. huma
nā ſcꝫ naturā ſue īmenſitati vni-
uit. ipam aſſumendo in vnitateꝫ
pſone vt eſſet hō ⁊ frater noſter.
Nulla vtiqꝫ via magis ſuaderi
potuit cōmunitati hūani generꝭ
ꝙ deꝰ ſue nos glīe vellet hr̄e pti-
cipes ⁊ ꝯſortes. qꝫ per h̄ ꝙ ipſe mi
ſerie nr̄e inijt ꝯſortiū. ⁊ ꝓpt̄ nos
voluit miſere ⁊ penaliter viuere.
ac ꝓ pctis nr̄is ſatiſfacere. vt noſ
poſſemꝰ cū eo beate viuere. D
¶ Silr̄ qm̄ bn̄ficia dei attente
meditata fomēta ſunt diuīe di-
lectionis. maxie dei bn̄ficia q̄ in
filij ſui incarnatiōe. ex nimia ca-
ritate exhibuit. vehemētiꝰ dile-
ctionē accēdūt. Siquidē ꝓpter
nimiā caritatem qua dilexit noſ
pater miſericordiaꝝ deꝰ. miſit fi
liū ſuū in hūc mundū. vt eū ī nr̄a
ſubſtātia ſimilem nobis habere-
mus. quē nobis diſſilꝫ ī ſua ſub
ſtātia neſciebamꝰ. vt eū habere-
mus doctorē in doctrina ſupna
ne erraremus in terrena. ⁊ ſic ha
beremꝰ eū nobiſcū viuentē ī ma-
giſtrū. ita morientē in pciū. et re-
ſurgentē ac aſcēdentē in premiū.
Hinc etiā Augꝰ. in de Cate. ru.
dicit. Que maior eſt cauſa aduē
tus dn̄i. niſi vt deꝰ oſtēderet di-
lectionē ſuā corā nob? Si ḡ pi-
guit amare. ſaltē nō pigeat reda
mare eū qui prior dilexit nos.
¶ Demū ſua ꝯuerſatōe in terris
ſanctiſſima vtiqꝫ et ꝑfectiſſima.
exemplar totiꝰ virtutis nobis ꝑ
ſtitit. ⁊ ſpeculū clariſſimū omniū
nr̄aꝝ actionū directiuū. Fuit nā
qꝫ ꝯuerſatio eiꝰ omniū hūillima
mitiſſima. cautiſſima. iuſtiſſima
fortiſſima. tpatiſſima. vtpote ꝟ-
bo et ope docēs terrena deſpice-
re. ⁊ celeſtia adamare. Hinc iteꝝ
Augꝰ. in ſer. huiꝰ feſti. ait. Hō
videri poterat qui ſequēdus nō
erat. Deꝰ ſequēdus erat q̄ vide-
ri nō poterat. vt ḡ homini exhi-
beretur q̄ ab eo videret̄. ⁊ quē ſe-
cure ſequeretur. deus hō factus
eſt. ☞ R ¶ Ecce patuit bre-
uiter licet valde inſufficiēter q̄n-
tū nob immeritꝭ donū pr̄ miſeri
cordiaꝝ ⁊ deꝰ totius ꝯſolatiōis
hodierna filij ſui dei in ſecl'a bn̄
dictus natiuitate cōtulit. quod
preuidēs ꝓpħa vir ſm̄ cor dn̄i ſil'
bn̄dicēdo et ꝓphetizādo cecinit
in pſalmi canticis. Bn̄dictꝰ qui
venit in noīe dn̄i. deꝰ dn̄s ⁊ illu-
xit nobit. Cui cū donante pr̄e ac
ſpūſctō ⁊ nos gr̄as ꝓferamus et
laudes ꝑ ſecula immortales. Cū
quib; viuit ⁊ regnat deꝰ ſemꝑ et
in eternum benedictus Amen.

¶ Alia cōcluſio ſmonis

☞ Ecce cariſſimi quō oīa no
bis bona ⁊ neceſſaria ipe nob cō-
tulit. nō q̄dē ꝑ aliū. ſed ꝑ ſeipm.
Indigni eramꝰ. ꝓductōe vt eſſe
mus. repatiōe cū lapſi fueramꝰ.
eruditiōe ne ꝑ errorē ⁊ ignorātiā
vie nō ꝑuenirēmꝰ. btificatore vt
premia eterna reciperemus. Hec
oīa ꝑ ꝟbū carnē factū accepimꝰ.

¶ Ipſe nobis eſt creator. qꝛ oīa ꝑ ipm facta ſūt. Joh. j. Volūtarie genuit nos vt ſim⁹ iniciū aliqđ creature ei⁹. Jaco. j. c. ¶ Ipſe nob ē redēptor Jeſus xp̄c factus eſt nob a deo ſapiētia ⁊ iuſticia et ſctificatio ⁊ redēptio. j. Cor. j. ¶ Ipſe nobis eſt mgr̄ ⁊ informator. Mgr̄ veſter vnus eſt chriſt⁹ Matth. 23. Ego ſum via ꝟitas et vita. Joh. 14. Vos vocatꝭ me mgr̄ ⁊ dn̄e ⁊c̄. Joh. 13. ¶ Ipſe nobis eſt btītudo ⁊ p̄miator. Precinget ſe ⁊ tranſiens miniſtrabit eis. Luc̄. 12. Ibi erit oīa in oīb⁹. j. Cor. 15. Vitā eternaꝫ do eis. ouib⁹ ſcꝫ ſuis. Joh. 10.

¶ Introductio p̄cedentꝭ ſermonis de eodem.

Benedictus qui veīt in noīe dn̄i de⁹ dn̄s vbi. s. Ps. 117. ¶ Nemo nis in noīe dn̄i dei ſuꝑ oīa bn̄dicti venire nō pōt niſi bn̄dictus. (Siqđem bn̄dicti pr̄iarche. bn̄dicti ꝓphe. bn̄dict⁹ ꝑplus dn̄i. bn̄dict⁹ tandē vir oīs q̇ cōfidit i dn̄o. vt Hiere. ait. 17.) Super oēs tn̄ ille bn̄dict⁹ ē. q̇ ita veīt in noīe dn̄i vt ſit ⁊ ip̄e dn̄s de⁹. qm̄ et ſi a bono venire nō pōt niſi bonum. dicēte dn̄o. Nō pōt arbor bona ma. fru. fa. Matth. 7. Et ſi radix ſctā ⁊ rami Ro. 11. Siľr a bn̄dicto i noīe bn̄dicti veire nō pōt niſi bn̄dict⁹. Multo magis illū neceſſe ē eſſe bn̄dictuꝫ. q̇ ita a bn̄dicto ꝓcedit. vt tn̄ ab eo n̄ recedat. qui ita viſitat ſuos. vt nō min⁹ maneat ⁊ ip̄e dn̄s atqꝫ de⁹. Talis eſt nat⁹ nob ſaluator xp̄c dn̄s i ciuitate dauid. Hic venit in noīe dn̄i patris eterni ſaluare pctōres. ſed nō receſſit a pr̄e. formā ſerui aſſumpſit. ⁊ formaꝫ dei nō amiſit. qꝛ ita ꝟbū caro factū eſt. vt facta ſit caro ꝟbū. dū audis caro. hoīem cogitato. vis audire qꝛ venit i noīe pr̄is. Ego inquit veni in noīe pr̄is mei. et non accipitis me. veniet alius in noīe ſuo ⁊ hūc accipietis. Joh. 5. Itē nō veni facere voluntatē meā. ſꝫ eius qui miſit me pr̄is. eiuſdē. 6. Qꝛ aūt in forma ſui venit. teſtatꝛ aplus ad Phil. 2. Exinaniuit ſemetip̄m formam ſerui accipiēs. Qꝛ ꝟo formā dei in q̄ fuerat nō depoſuit ſed in pr̄e māſit. ⁊ in eo pater. ip̄m auſculta cū inq̇t. Qui miſit me mecū eſt. et nō reliq̇t me ſolū. Joh. 8. et c. 16. Nō ſum ſolus. qꝛ pater mecū ē. et ad Phil. Non credis qꝛ ego in patre. ⁊ pr̄ in me eſt. Joh. 14. In patre eſt. ⁊ in eo pater ꝑ circūinceſſionē. hoc eſt ꜿſubſtātialitatē. Quorū aūt eadem eſt diuitatis ſubſtātia. eadem eſt benedictio honor et gloria. Quā ꝓpheta dn̄i p̄nunciare cupiēs futuris ſeculis ait. bn̄dictus qui venit in noīe ⁊c̄. Aue maria. ¶ Cōtinuet p̄dicator ſi placet reſiduū ſmonis p̄cedētis. ſi quid ꝓpter ei⁹ plixitatem ſuꝑfuit. Ob hoc enim hec introductio appoſita eſt.

¶ Sermo. III. de natiuita
te domini in ordine. VII.

Tranſeam⁹
vſq₃ bethleē et vi/
deamus hoc verbū qd̄ fa/
ctū eſt. Lu. 2. ☞ A Tem/
pus eſt loquēdi omī carni. dū in
carnatū verbū illibata natiuita
te ꝓdijt in hūc mundū. A laudi
bus neq̄q₃ hūana ceſſet mortali/
tas. cū ipa ſoli imortali ꝛ ſumme
vnita nature. ex virginali aula ꝓ
cedēs. hodie naſcit̄ puulus i tp̄e.
cui⁹ magnitudinis nō eſt finis i
eternitate. Qui nāq₃ delectatio
eſt ꝛ glīa angeloꝝ. factus eſt ho/
die ſalus ꝛ ꝯſolatio miſerorū ait
Bern̄. ſer d̄ vigi. q̄ icipit. hodier
nū ſiq̄dē. Et ſeq̄t̄. Qui i ciuitate
ſua magn⁹ ꝛ ſblimis valde. btifi
cat ciues. ipe in exilio pu⁹ et hūil̄
valde. letificat exules. ꝛ q̄ i altiſſi
mis ē glīa pr̄is. factus ē in terra
pax hoib⁹ bo. vo. Fons clauſus
in diuitate. fons patēs fact⁹ ē in
hodierna natiuitate. Siq̄dem
Paulo teſte. Appuit hodie beni
gnitas ꝛ hūanitas ſaluatorꝭ nr̄i
dei. qm̄ et ſi potētia ei⁹ appuit in
reꝝ creatiōe ſapia i eorūdē guber
natiōe. ſ₃ benignitas mīc maxie
apparuit i hodierna natiuitate.
Hac eni nō ex opib⁹ iuſticie q̄ fe
cim⁹ nos. ſed ſm ſuā miſicordiā
nos ſaluos fecit. ad Titū. 3. Pri
us autē qm appuit hūanitas ait
Ber. Latebat benignitas. Si/
quidē ꝛ pri⁹ erat. nā miſicordia
dn̄i ab eterno. S₃ vn̄ tāta cog/
ſci potuit. Hic aūt cognita ē. q₃
cū veīt plenitudo tp̄is miſit de⁹
filiū ſuū. v̄bu₃ qd̄ erat a ꝑncipio
factū ex muliere. factū ſb lege. vt
eos q̄ ſb lege erāt redimeret. vere
patens ꝛ ieffabilis miſcdia vbi a
maieſtate aſſumit̄ liberādi miſe/
ria. Magna benignitas vbi ad
ſaluandū mūdū magn⁹ deſcēdit
medic⁹. ſic Aug⁹. ſ. 60. d̄ verbis
euan. gīt. Egrotat hūanū genuſ
nō morbis corpis ſ₃ pctīs. Jacet
toto fraꝝ orbe ab oriēte vſq₃ ad
occidentē grādis egrot⁹. Ad ſa/
nādū grandē egrotū deſcēdit oī
potēs medic⁹. humiliauit ſe vſq₃
ad mortalē carnē. tāq₃ vſq₃ ad le/
ctū egrotātꝭ. hui⁹ medici atq₃ fō
tis effluētē. patētēq₃ miſcdia₃ vi
dētes ſpūs angelici. i ſblimitate
empirrei celi ſe ꝯtinere nō valen/
tes ad iferiora deſcēdert. copio/
ſo lumie. noctꝭ fugatis tenebris.
cū exultatiōe gaudiū magnū re/
parādis euāgelizarūt. glīam q₃
deo i altiſſimis. iocūdis vocibuſ
decātarūt. ꝛ pacē terrꝭ reſtituta₃
ꝑ v̄bū qd̄ factū ē in bethleē nūci
arūt. Eya q̄s det nob̄ pedes affe
ctionū rectos. q̄les i Ezech. ca. j.
ſctā aialia habuiſſe d̄ſcribūt̄ ad
ambulādū in bethleē. Quis det
vt oīa mēbra nr̄a i oculos v̄tant̄.
fidei. ac deuote meditationis vt
pleni oclīs aū ꝛ retro. int⁹ ꝛ in cir
cuitu videre mereamur Hoc v̄/
bū carnē factū. hodie nob̄ a pr̄e
datū. hodie nob̄ ex v̄gine natū.

Huiꝰ figura qn̄qꝫ ī rubo ardēti nec tn̄ ꝯſūpto flām̄as emittēti ſꝫ nō cōburēti moyſi faml'o dei apparuit ⁊ accenſus deſiderio ait. Uadā ⁊ videbo viſionē hāc magnā ⁊ ꝓhibitꝰ eſt ne vltra ꝑgeret Hodie appuit ꝟitas tūc ſignata qꝛ diuinū partū ꝟgo edidit. nec dolorē ſenſit. nec itegritatē amiſit. Mirabile dictu puerꝑa ꝟgo ⁊ ad hāc vidēdā iuitamur. Inuenietꝭ inq̄t angelꝰ paſtoribꝰ infantē pānis iuolutū ⁊ poſitū ī ꝑſepio Quibꝫ incitati ꝟbis. Trāſeamꝰ inq̄unt vſqꝫ ī bethleē. ⁊ vi. h̄ ver. q. f. eſt qđ dn̄s oñdit nob̄. Tranſeamꝰ ⁊ nos. ſeq̄mur primitiuos nr̄os duces ī bethleē. inueniemꝰ ibi ꝟbigenā. mariā matrē itactā ꝟginē puerperā. huiꝰ ꝟbi fideliſſimā diſpēſatricē. in q̄ ꝟbū h̄ fcm̄ eſt. carnis ſue aſſūptiōe nouo ordie. ac ꝑ eā genitū noua natiuitate. Ad cuiꝰ pedes prouoluti ipm̄ ꝟbū nob̄ donari rogemꝰ ſalutatiōe angelica dicēte. Aue maria.

B. Trāſeamꝰ vſqꝫ bethleē. ⁊c̄.

De h̄ ꝟbo q̄ꝫtū ad eternā genitura q̄ ꝟbi nomē ſine inicio accepit pauca q̄ꝫtū dn̄s dare dignatꝰ eſt. vtcūqꝫ balbuciēdo locutū memeror. placeat nūc đ tꝑali hꝰ genitura planiora audire. ī q̄ doctiores necē eſt ſimplicioribꝰ ꝯdeſcēdāt audiēdo hiſtorialia. ſic̄ et patient̄ illi ſuffert cū tractari ꝯtigit ꝓfūdiora. Nec tn̄ adeo h̄ ſūt humilia. vt altiſſima nō exercere ſufficiāt ingenia. qm̄ teſte apl'o. qđ ſtultū eſt dei. ſapiētiꝰ ē hoibꝫ ⁊ qđ īfirmū ē dei fortiꝰ ē hoibus j. Cor. j. Manuducimur ad h̄ angelica viſiōe. q̄ iacob in ſcala. cuiꝰ dn̄m ſūmitati viderat innixū nedū aſcēdētes. ſꝫ ⁊ deſcēdentes angelos vidit. ¶ Prio itaqꝫ dn̄ice natiuitatꝭ ꝓſeq̄mur hiſtoriā q̄ trāſeūtes ī bethleē ocl'is fidei videamꝰ ꝟbū noua natitate fcm̄. Deinde eādē ad nr̄aꝫ iſtructiōem tropologicā cōtractemꝰ. Siq̄dē ſm̄ Grego. omel'. ij. ſuꝑ Ezech. doctrinā. ꝑdicator ꝑꝰ ad fidē. poſtea ad moꝝ viā trahat. Itē omel'. 2. ſuꝑ ezech. priꝰ hiſtorie radicē figat ⁊ poſt fructꝰ ſpiritus per ſigna ⁊ allegorias querat. ideo primo tractabit̄ hiſtoria deinde addet̄ morū doctriā. Q̄ꝫtū ad ꝑmū ita euāgeliſta xp̄i natiuitatē deſcribit. q̄tinꝰ ad fidei firmitatē ea obſuet q̄ aſſolēt in tabul' ꝯtractuū obſuari. hinc ait Amb̄. ſuꝑ lucā. in deſcriptōe euāgelica. habes oīa q̄ ī cōtractibus eē ꝯſueuer̄t. vocabulū. ſūmā illic poteſtatē gerentis. dic̄. locū. cauſam. teſtes. Ait itaqꝫ. (Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis) Ecce nomē treni ꝑncipis. ac tempus deſcꝑtiōis. ſub q̄ naſci dignatuſ eſt xp̄c. Autor pacꝭ. tꝑe pacꝭ generalis. in hūc mūdū veīre voluit. Congruū ſiquidē erat. q̄ xp̄c ꝑnceps pacis. ortui ſuō q̄ſi ꝑnūciaꝫ pacē ꝑmitteret. q̄ ad pacē hūano generi cū deo ⁊ angelis reſtaurā-

dā. in pmo parēte amiſſam. naſci
voluit in hūc mūdū. Cōplacuit
inquit Apl'us per ipm recōcilia-
ri. oia i ipo pacificās ſiue q̄ in ter
ris ſiue q̄ in celis ſunt. ad Col'. j.
Hanc deniq̄ʒ pacē poſtq̄ʒ nat⁹ eſt
docuit. ꝯuerſando tenuit. atq̄ʒ d̄
mūdo exiens ſuis dilectoribus.
dereliq̄t. Pacē meā inq̄t do vo-
bis. pacē relinq̄ vobis. Joh. 14.
Se deniq̄ʒ pacis tp̄e vēturū. per
ſeruos ſuos ꝓphas longe an̄ pfa
tus eſt. Hinc dauid ait. Orie̱t i
dieb⁹ eius iuſticia. et abundātia
acis. Ps̄. 70. Hic Jſa. ait. Cō
flabūt gladios ſuos i vomeres. ⁊
lanceas ſuas in falces. Nō leua-
bit gens cōtra gentē gladiū. nec
exercebunt vltra ad pliū. eiuſ-
dē. 2. et Michee. 4. Et iterū i pa
ce factus eſt loc⁹ ei⁹. ⁊ habitatio
ei⁹ in ſyon. Ps̄. 75. Jtē Jſa. cū
dixerat. Egredie̱t virga de radi
ce ieſſe ⁊c̄. addidit. Hitabit lu-
pus cū agno ⁊ pdus cū hedo ac-
cubabit. Vitul⁹ et leo et ouis ſil'
morabunt. ⁊ puer paul⁹ mīabit
eos ⁊c̄. q̄ ſequunt. q̄r expoſitōeʒ
relinquere breuitas hore cogit.
Nullū āt potuit ēē mai⁹ indiciū
pacꝫ. q̄ʒ vna deſcptiōe totū mun-
dū ꝯcludi. Octauiau⁹ enī augu
ſtus. poſtq̄ʒ romano ſbiugauerat
mūdū ipio. 42. pncipat⁹ ſui āno
vniūſum mūdū deſcribi iuſſerat
vt ſciret q̄t ꝓuincie. q̄t citates q̄t
pſone. q̄tin⁹ ſic reſpublica meli-
us regeret. ⁊ pax adq̄ſita ꝯſuare
tur. Hic morale documētū accipi

m⁹. q̄ꝛ v̄bū pr̄is eternū. nō naſcit
niſi i corde pacato ſingloꝝ. q̄r nō
niſi pacꝫ tp̄e. bn̄ colit pacꝫ autor.
Verū hec deſcptio tp̄e natiuita
tis xp̄i nō vacat a miſterio. quid
enī pfeſſio ſecl'ariū ad natiuita-
tē dn̄i ptineret ait Amb. niſi vt
aduertam⁹ h̄ q̄ʒ diuinū ēē miſte-
riū. q̄r dū pfeſſio ſecularꝫ obten
dit. ſpiritalis implet. nō terrarū
regi dicēda. ſʒ celi. pfeſſio iſta fi
dei cēſus aioꝝ ē. Abolito enī ſy-
nagoge cēſu vetuſto. nou⁹ cēſus
eccl'ie pabat. q̄ tormēta nō exige
ret ſʒ auferret. et ſpūalit in typo
plebs ſua. iā xp̄o noia ꝯferebat.
Nihil in h̄ cēſu verear terribile.
nihil imite. nihil triſte. ſolū vnū-
quēq̄ʒ fides ſignat. Vis xp̄i au-
dire cēſores. Jubent icedere ſine
virgis nec terrore ſʒ gr̄a plebē q̄-
rere. recōdere gladiū. nō poſſide
re aurū. talib⁹ cēſorib⁹ adq̄ſit⁹ ē
orbis. Jn hac deſcptione nulla
etas diſtinguit. ſed oīs aſcribit.
nullus enī ab h̄ imunis ē cēſu. q̄r
oīs etas munifica xp̄o ē. quē va-
giētes pueri martyrio confitent.
quē intra vterū poſiti exultatiōe
teſtant hec Amb. et be. Grego. i
omel'. Quid eſt inq̄t q̄ꝛ naſcitu-
ro dn̄o mūdus d̄ſcribit. niſi q̄ꝛ h̄
apte mōſtrat. q̄r ille veniebat in
carne q̄ electos ſuoſ aſcriberet in
eternitate. ☞ DC (Hec de-
ſcriptio prima facta eſt a preſide
ſyrie cyrino.) Ecce habes nomē
pſidis q̄ſi cōſulis ſub quo naſci-
tur chriſtus. (Et ibant oēs vt p-

fiterent̃ in ſuā ciuitatez. Hec eni
deſcriptio p̄cepta fuit fieri i p̄n-
cipalibꝰ ciuitatibus. et ibi cõue-
niebāt qui inde originē habuere
Profitebant̃ autē dupliciter. ſe
eſſe romano ſbiectos impio ſcri-
pto ſcz. qꝛ eoꝝ noīa ſcribebant̃. ⁊
facto qꝛ exoluebāt cenſum impa
tori. Hac de cauſa (Aſcēdit ⁊ io
ſeph a galilea de ciuitate naza-
reth. in iudeā in ciuitatē dauid.
que vocabat̃ bethleē) de hac eni
dauid oriūdus fuit. vt habet̃. j.
Reg. 16. ideo ciuitas dauid ap-
pellat̃. (Eo q̄ eſſet d̄ domo ⁊ fa-
milia dauid. vt p̄fiteret̃ cum ma
ria deſpōſata ſibi vxore pregnan
te.) Deſpōſata quidē ſibi. ſz nō
in ↄcupiſcētia iūcta. vt ait Ori-
ge. qđ eni in ea natū eſt. nō de io
ſeph ſemīe ſz d̄ ſpū ſctō ē. angelo
teſte. Matth. j. Et licz v̄go bea
tiſſima nō fuiſſet obligata tanq̄z
pregnās illo ire p̄pt̃ vie longitu-
dinē. tn̄ ioſeph ſic ſolicitā ipius
gerebat cuſtodiā. q̄ poſtq̄z eā iuſ
ſu angeli diuinum ↄceptū nunci
antis i ſua cuſtodia ſuſcepit. nec
ab ea ad modicū diſcedere volu
it. iō eā ſecū duxit. ac p̄ſonalit̃ et
obſequioſe cuſtodiuit. Nō ⁊ di
uina diſpēſatōe factū ē. vt p̄phe
cia ipleret̃ quaz Micheas ca. 5.
p̄dixit. Et tu bethleē effrata (ſic
eni etiā dicta ē alio nomie. vt hr̄
Gen. 35.) puulus es ſcz locꝰ. ſz
in milibꝰ iuda cōputar̄ reſpectu
ppl'i tui i dignitate ⁊ m'titudine
qꝛ inde fuit tribꝰ regia. Et qꝛ ci
uitat̄ nobilitās magꝭ ↄſiſtit i p̄o
pulo q̄z ſpacio. Iō Matth. c. 2.
allegauit illā auctem ſic. Bethle
em terra iuda. neq̄q̄z mīma es in
p̄ncipibꝰ iuda. Seq̄t̃. Ex te eni
egrediet̃ q̄ ſit dn̄ator i iſrl̃. i. meſ
ſias filiꝰ dauid. glo. Ra. ſa. Et
q̄ztum ad eiꝰ diuinitatē ſeq̄t̃. Et
egreſſus eius. i. emanatio ab ini-
cio. i. a p̄re q̄ ē p̄ncipiū filij. a die-
bus eternitat̄. qꝛ h̄ emanatio e-
terna ē. Semp̄ eni naſcit̃ filiꝰ a
p̄re. ⁊ ſp̄ natꝰ ē. vt ait mgr̄ diſ. 9.
p̄mi. ecce locū natiuitat̄ ⁊ cām p̄
pter quā in eū aſcēdert̄ ioſeph et
maria. ¶ E (Factū ē āt cū eēnt
ibi. ipleti ſūt dies vt pareret) ſcz
nouē mēſes a ↄceptiōe. Et pep̄it
filiū ſuū primogenitū. imo p̄rem
ſuū. ſuū atq̄z oīm creatorē. qꝛ pe-
perit v̄bū qđ i p̄ncipio erat deus
apud deū. p̄ qđ facta ſūt oīa. euz
vtiq̄z q̄ ē ſplēdor p̄rne gl'ie. ⁊ figu
ra ſubē eiꝰ. portās oīa v̄bo v̄tut̄
ſue. ad Heb. j. Qui ē imago dei
iuiſibil̃. p̄mogenitꝰ oīs creature
qꝛ in ip̄o ↄdita ſūt vniūſa i celis
⁊ i terra. viſibilia ⁊ iuiſibilia. ſiue
throni. ſiue dn̄atōes. ſiue p̄tātes
oīa i ip̄o ⁊ p̄ ip̄m creata ſūt. ⁊ ipſe
eſt an̄ oēs. ⁊ oīa i ip̄o ↄſtāt i q̄ cō-
placuit oēm plenitudinē diuita-
tis corp̄alit̃ inhitare. ad Col. j.
Hūc ḡ filiū dei pep̄it. q̄ partu fa
ctꝰ eſt filiꝰ hoīſ. nō aliꝰ filiꝰ p̄ris
atq̄z aliꝰ filiꝰ m̄ris. ſed vnꝰ idē q̄z
genitꝰ ex patre ante ſecula. et ge-
nitꝰ ex matre i ſeculo. idē vtriuſ-
q̄z filius. ſz nō ſm eandē naturā.

nec vnā natiuitatez. Sic pulcre
atteſtat̃ beatꝰ Augꝰ. i li. de fide
ad petrū dicēs. Natꝰ ē de patre
deus verbū. natꝰ eſt d̄ matre ver
bum caro factū. vnꝰ eſt atqꝫ idē
deus dei filiꝰ. natus an̄ ſecula. τ
natꝰ in ſecl'o. τ vtraqꝫ natiuitas
vniꝰ filij dei eſt. Diuina ſm quā
creator in forma dei coeternꝰ pa
tri deus eſt. Humana ſm quā ſe
metip̄m exinaniēs. τ formā ſerui
accipiēs. in ꝯceptiōe materni vte
ri. ſemetip̄m dū homo fieret. ea/
dem ſeruilis forme ſuſceptōe for
mauit. Et ſequit̃. Sic ille oīm
ſpirituū. oīmqꝫ corporum. i. oīm
naturarū creator et dn̄s creauit
virginē creandus ex virgine. Et
cuiꝰ ip̄e factor eſt. matrem ſibi fe
cit. qn̄ de eius carne ꝯcipiendus
atqꝫ pariēdus. verā materiā deꝰ
immenſus ac ſempiternꝰ accepit.
vt τ ſm veritatez forme ſeruilis
deus hō miſericorditer fieret. et
ſm formā dei naturalit̃ veritate
idē deꝰ hō ꝑmanēs non careret.
Sic ergo xp̄m dei filiū. i. vnam
ex trinitate ꝑſonā. deū verū cre/
de. vt diuinitatē eiꝰ d̄ natura pa
tris natā eſſe nō dubites. τ ſic eū
verū hominē crede. vt eiꝰ carnez
nō celeſtis. nō aeree. nō alterius
cuiuſcunqꝫ putes eſſe nature. ſed
eius cuiꝰ eſt oīm hoīm caro. quā
tn̄ ſine peccato ſuſcepit. ſm eā ſi/
ne pctō natꝰ. Et beatus Johes
Dam̄. ad idē ait. Duas xp̄i nati
uitates veneramur. vnā ex patre
an̄ ſecl'a. q̄ eſt ſup causam τ ratio
nem τ tp̄s τ naturā. τ vnā que in
vltimis tꝑibꝰ facta eſt ꝓpt̃ nos.
ſm nos. τ ſupra nos. Propt̃ nos
qꝛ ꝓpt̃ nr̄am ſil'itudinē. Scōm
nos. qꝛ natus eſt hō ex muliere. τ
tꝑe cōceptiōis. i. nouē menſium.
Supra nos. qꝛ nō ex ſemine ſed
ex ſpirituſctō. τ ex ſancta virgine
ſupra legē cōceptiōis. ¶ Ec
ce qualē nob̃ filiū beatiſſima vir
go peperit. Cuiꝰ excellentia nul/
la lingua etiā angelica pōt edice/
re. nō ſolū ſm illud qd̄ deꝰ eſt. ſꝫ
etiā ſm qd̄ homo natꝰ eſt ex vir/
gine. Sicut Augꝰ. vbi. s̄. teſtat̃
Quibus ait verbis explicabitur
carnis illiꝰ excellētia ſingularis.
cuiꝰ diuina eſt ex ip̄a ſui ꝯceptio
ne ꝑſona. cuiꝰ origo natiuitatis
inſolita. q̄ ſic verbū caro factū ē
vt vna ꝑſona eſſet cum carne ſua
vnigenitꝰ ac ſempiternꝰ. O ado
randa natiuitas. q̄ deus ſummꝰ
ſpūs inuiſibilis in ſuis. in noſtris
apparuit. corꝑalibꝰ vidēdus o/
culis. Sicut in prefatiōe canit̃.
Quia ꝑ incarnati verbi miſteri/
um τc̄. O partꝰ ſaluificꝰ. q̄ ꝑdi/
tam reparās naturā exaltauit. et
filios hoīm in dei filios repara/
uit. O ſancta clariſſima. caſtiſſi
ma τ illibata generatio. q̄ hūane
generatiōis maculas abluit. ma
triſqꝫ integritatē nō minuit ſꝫ ſa
crauit. O beatiſſima huiꝰ mr̄is
viſcera. que diuinū ſolē circūclu
dere. τ ad illuminationē ſedētiū
in tenebris τ vmbra mortis. ede/
re meruerūt. O felix puerpera. q̄

nouo ordine ſuũ genitorẽ genuit
qui ſe ⁊ vniuerſum genꝰ perditũ
reꝑauit. O virgo ⁊ mater letiſſi
ma. que fecũditatem ꝓlis cũ car
nis integritate. ⁊ gaudiũ matrꝭ
cũ ꝟginitatis honore poſſides ĩ
eternũ. Neqꝫ eni ſicut cetere ma-
tres cũ gemitu et labore. ſꝫ cũ ro-
bore corꝑis ⁊ mẽtis. gaudio inef
fabili. gaudiũ peperit angelorũ.
In cuiꝰ argumentũ notãter euã
geliſta ſubdit (⁊ pãnis eũ inuol-
uit. ⁊ reclinauit eum in ꝑſepio. qꝛ
nõ erat ei locus ſꝑ aliꝰ ĩ diuerſo-
rio.) S Nõ eni alias in ꝑtu
obſecundãtes habuiſſe creditur
mulierculas. q̇bꝰ ꝓpt̃ corꝑis ſui
debilitationẽ cetere indigẽt pu-
erpere. Sꝫ ſic̃ ſola parientis. ita
⁊ ſola obſtetricis geſſit officiuꝫ.
Sola q̃ztũ ad hoı̃m miniſteriũ.
ſꝫ nõ angeloꝝ. q̇s dubitet affuiſ-
ſe angeloꝝ copioſam ml'titudinẽ
in ꝑtu. cũ tot apparuere paſtori-
bus in eiꝰ publicatiõe. Hinc ca-
nit eccleſia. Gaude dei genitrix
quã circũſtãt obſtetricũ vice cõci
nentes angeli gloriam deo. Ipſa
partũ quẽ edidit priuſq̃ꝫ tãgeret
adorauit in ꝓfundo hũilitatis
abyſſo. genu flexo. proclíua toto
corꝑe ſuꝑ terrã. vt dic̃ Symõ ꝺ
caſſia li. 2. ca. 4. deinde letabun
da ꝑiter ⁊ tremebũda ſuſpenſo ĩ
ammiratiõe aĩo. ꝑegit nõdũ ex-
perta oı̃e obſequiũ noui partꝰ.
Nam ꝓprijs ſacratiſqꝫ manibꝰ
ſuſcepit. ipſa pãnis inuoluit. ip̃a
in p̃ſepio collocauit. ſicut et ipſa
ſuis vberibꝰ de celo plenis lacta
uit. cibauit. baiulauit. et cetera
materne ſolicitudinis officia de
uotiſſime exhibuit et impendit.
Sic̃. Cõtra eluidium teſtatur.
Hiero. Nulla ibi obſtetrix. nul
la muliercularũ ſedulitas ĩterceſ
ſit. ip̃a pannis inuoluit infantẽ.
ip̃a ⁊ mater ⁊ obſtetrix. Que ſen
tẽtia apocrifoꝝ deliramẽta con-
uincit. ac falſitatẽ eoꝝ. q̃ in libro
quẽ ꝺ infantia ſaluatoris dicũt
ſomniant᷑. Sꝫ ⁊ illoꝝ temerita-
tem. qui ꝯfingũt in momẽto par
tus virginẽ in mentis exceſſu cõ-
ſtitutã. atqꝫ a ſenſibus alienatã
filij egreſſum ignoraſſe. et tandẽ
ad ſe reũſa genitũ filiũ reppiſſe.
quaſi immũda fuiſſet diuini ger
minis editio. et virginali detra-
xiſſet pudicicie. ſi vl' egreſſuꝫ in-
tuita fuiſſet. ac ſuis manibꝰ ſu-
ſcepiſſet. Nõ lõge ab hijs rudi-
bus. ſiue iudeis ſiue hereticis. q̇
dicũt deũ nõ debuiſſe in viſceri-
bus mulieris ꝯcipi. nec ꝑ eã cor-
poris ꝑtem q̃ turpis reputat᷑ na-
ſci. q̃ſi deꝰ corꝑalibꝫ poſſet ſordi
bus inq̇nari. de q̇bus be. Augꝰ.
in q̇dã ſermone ait. Nõ deſunt
heretici. qui cũ ipſi ſunt immũdi
dicunt nõ potuiſſe fieri ꝙ xp̃c de
maria naſceret᷑. eo ꝙ illa ꝑs cor-
poris turpis eſſe putet᷑. Sꝫ fru-
ſtra ⁊ ruditer errant. Eo ꝙ ĩ nul
lo eſt ꝯtra dei dignitatẽ neqꝫ aſ-
ſumptã humanitatẽ. in vtero fe
mine ꝯceptã. q̃ eiuſdẽ ſpeciei eſſe
dinoſcit᷑ cũ hũanitate cuiuſlibet

alteri⁹ hoīs. Nec ſuſpicari opor
tet ſordes in maria. aīa et corpo-
re caſtificata. ꝛ ab om̄i labe libi-
dinis ſctō obūbrante ſpū purga
ta. Vn̄ eni ſordes ī virgine. cui⁹
vterū dei fili⁹ ſctificatur⁹ intra-
uit? vn̄ ſordes in ꝟgine. quā ſpi-
ritusſcti operatio totā ſanctifica
uit corpe ꝛ ſpū? vnde ſordes ī vir
gine. q̄ ſic ſingulari gr̄a preuenta
eſt. atqꜫ repleta. vt ſic. s. dictū eſt
haberet vētris ſui fructū. quē ex
inicio habꜫ vniuerſitatis dn̄m?
Et Aug⁹. li. cōtrā q̄nqꜫ he-
reſes. vnde ſordes ait in virgine
matre. vbi nō eſt ꝯcubit⁹ cū hoīe
pr̄e? vnde ſordes in ea q̄ nec cōci
piēdo libidinē. nec pariendo paſ
ſa eſt laborē? vn̄ ſordes in domo
ad quā nullus habitator acceſ-
ſit. ſed ſolus ad eā fabricator et
dn̄s venit. veſtem quā nō habu-
it humanā ſcꜫ naturā induit. p-
ceſſit de ea quā ſicut inuenit clau
ſam reliquit? Qꜫ ſi de natura di
uina queſtio eſt ne corpalib⁹ in-
quinet ſordibus. tam friuolū eſt
dicit mgr̄ diſ. 37. p̄mi. vt nec re-
ſponſiōe ſit dignū. cū etiā ſpirit⁹
creatus ſordib⁹ corpis etiam le-
proſi vel q̄ntūcūqꜫ polluti inqui-
nari nō poſſit. Sol quoqꜫ radi-
os ſuos ſine ſui pollutione effun
dat ſup loca munda ꝛ immūda.
Hic Aug⁹. Si ſolis radi⁹ cloa
carum ſordes ſiccare nouit. eiſqꜫ
inquinari non nouit. q̄ntomagꝭ
ſplendor lucis eterne. in quo ni-
hil inquinamenti occurrit. q̄cū-
qꜫ radiauerit mūdare poteſt. ipe
vero pollui nō poteſt. Et in quo
dam ſermone. Audi imunde he-
retice. vbi eſt anima tua impia et
infidelis que iſta cōfingit? Nū-
q̄d tm̄ eſt in capite. in manibus. ī
oculis. et non etiam in inteſtinis
tuis. vbi ſunt etiaꜫ ſtercora tua?
Ecce ſtulte anima tua nō inqui-
natur a ſtercore tuo. et de⁹ inqui
nari poterit ab opere ſuo. Si-
cut ergo nec deitatis xp̄i nec hu-
manitatis inquinationē ex ima-
cl'ata hac natiuitate ſuſpicari o-
portet. ita nec pudicicie iacturā.
ſi virgo editionis cōſcia. oculis
cōſpiceret. ꝛ manib⁹ ꝯtrectaret.
vnde aucta eſt puritas ſicut non
violata integritas. Quid eni ca
ſtius. quid ſinceri⁹. imo quid de
ſiderabili⁹ qꜫ cōtemplari in gene
re ꝓprio caſtitatis auctorē mun-
dum ꝓcedere ex vtero. tanqꜫ or-
natum ſpōſum de thalamo ſuo.
Ex quibus animaduertere libe-
at quanti debitores ſumus huic
btiſſime genitrici. multaſqꜫ poſt
deum gratias agere debemus.
que ſaluatorem mūdi nobis vir
go concepit. nobis virgo peperit
nobis in gremio fouit. nobis a-
luit. nobis faſtia cinxit. et ma-
terna ſolercia curauit. Hinc e-
am beatus Auguſtinus alloqui
tur in ſermone de aſſumptione.
ita dicens. Lacta maria crea-
torem tuum. Lacta panem celi.
Lacta precium mundi. prebe la-
benti mamillam. vt ipſe pro te

ꝓbeāt peucieti maxillā. tu illi vt mater tꝑalem miniſtra ſubſtantiam vt ipſe nobis et tibi vitam tribuat ſempiternā. Audiſtis verbum hodie in bethleem ꝓ nobis virginea natiuitate factū. Illuc tranſeūtes moremur hoc die deuote diuina bn̄ficia ꝯtemplātes ac gratias affectuoſiſſime perſoluētes. donec hiſtorie reſidua die craſtino audire. accēſi deſiderio mereamur. Ipo ꝑſtāte q̇ in celis ſine mr̄e. in terris ex mr̄e ſine pr̄e genitus. cum eodē pr̄e et ſpū ſctō viuit ⁊ regnat deus per omīa ſecula ſeculorum. Amen.

## Scd̄a ꝑs ſmonis tercii de natiuitate domini i ordine ſermo. VIII.

Trāſeam⁹ vſqꝫ bethleem ⁊c.

☞ A Gaudiū q̄d fidelibus eterni ꝟbi tꝑalis attulit natiuitas enarrare q̇s poterit. Quippe ad cui⁹ annūciationē vn⁹ angelus nō ſuffecit. niſi ⁊ celeſtis mltitudo milicie iocūdis vocibus gloriā deo decātarēt q̇s hominū eloquat᷑. Quis deniqꝫ eſtimabit natiuitatis hui⁹ gaudia. quib⁹ omīs timor et anguſtia. languor et mētis inopia ſūt ablata. Verbum eni caro factum. habitabit in nobis. cui⁹ gloriā vidim⁹. q̄ſi gloriā vnigeniti a pr̄e. plenū gr̄a et veritate. Quis de ſua humilitate aut defectu q̄modolibet cōtriſtabit᷑? Verbū hoc ieſus chriſtus eſt fili⁹ dei. nō ſine ſalute ieſus. nō ſine vnctiōe chriſtus. nec ſine gloria venit filius dei. Hinc Bern̄. in ſer. quodā qui incipit Sonuit vox leticie. Reſpirate inquit ꝑditi. venit ieſus ſaluū facere q̄d ꝑierat. Morbidi cōualeſcite. venit xp̄c q̇ contritos ſanat vnctione miſericordie ſue. Exultate quicūqꝫ eſtis grandia concupiſcentes deſcendit ad vos filius dei. vt regni ſui faciat coheredeſ Preſente tāta ꝯſolatōe. triſticiā quō ſubſiſtet? quō mentis gaudio nō cedet? Senſerūt i ſeipis gaudiū ⁊ exultationē ſpūs paſtores. poſt terrorē inſoliti luminis annūciante angelo. nouā diu cupite ſalutis natiuitatē. Sꝫ magis hāc vidēdo guſtare deſiderabāt gaudiū annūciatū. iō relictis pecorib⁹ quorū paſtu ⁊ cuſtodia prius ſolicitabant᷑. trāſeam⁹ inquiūt vſqꝫ bethleē. ⁊ videm⁹ hoc verbū q̄d factum eſt. De q̄ ꝑ gr̄a Aue maria.

B Proſecuti ſumus heri ſemꝑ memorādā dn̄ice natiuitatis hiſtoriā. vſqꝫ ad eū locū q̄ felix mr̄ ⁊ virgo filiū ſuum ꝑmogenitū pepit. pannis inuoluit. ⁊ i pſepio collocauit. Nemo audiēs ꝑmogenitū ſcandalizet᷑. ⁊ cum hebione. theodoto. ⁊ eluidio. hereticis. mariā ſuſpicet᷑ etiā poſt genitos filios peperiſſe. cui⁹ perpetuā virginitatē Ezechiel ꝓpheta cognoſcēs ait. Hec porta clauſa erit. nō aperiet᷑. et vir non

tranſibit ꝑ eam. qm̄ dn̄s de⁹ iſrl̄
ingreſſus eſt ꝑ eam. eritq; clauſa
principi. eiuſdē. 44. Quoꝝ he-
reſim deteſtabilē. beat⁹ Hiero.
ſolenniter ſcribēs ꝯtra eluidium
ꝯfutauit. multꝪ teſtimonijs oſtē-
dens nomine ꝓmogeniti in ſcri-
ptura (non eū poſt quē alij. ſꝫ añ
quē nulli geniti ſūt) deſignari.
Unde ⁊ vnigenitos ꝓmogenitoſ
eſſe cōſtat. Uerū licet natura
vnigenitus ſit vtriuſq; mr̄is ſine
patre. et patris ſine matre. Non
tn̄ vnigenit⁹ eſt gr̄a adoptiōis.
ſic eni ꝓmogenit⁹ eſt i multꝪ fra-
trib⁹ vt ait Apl's. Ro. 8. Ad
hoc ſiquidē. verbū i carne deſcē
dit. ait Orige. vt in ipm̄ caro id
eſt homo credēs. ꝑ carnem aſcen
dat in verbū. vt ꝑ naturalē filiū
vnigenitū. multi efficiantur filij
adoptiui. nō ꝓpter ſeipm̄ verbū
caro factū eſt. ſed ꝓpter nos. qui
nō niſi ꝑ verbi carnē potuiſſem⁹
in dei filios tranſmutari. So-
lus deſcendit. ⁊ cū multis aſcen-
dit. de hominibꝫ facit deos qui
de deo fecit hominē. Et. j. Uer
bum incarnatum dn̄s ieſus chri
ſtus plenitudinē gratie ſm̄ hūa-
nitatē accepit. qm̄ caput eſt eccle
ſie. et ꝓmogenit⁹ creature vniuer
ſe. hoc eſt. toti⁹ generaliter hūa-
nitatis. que in ipſo ⁊ ꝑ ipm̄ ſana-
ta eſt. In ipſo. qm̄ maximū ⁊ ꝓn-
cipale exemplū gratie. qua nullis
ꝓcedentib⁹ meritis hō efficit̄ de
us ipſe eſt. ⁊ in ipſo ꝓmordialiter
manifeſtū eſt. Per ipm̄ ꝟo qm̄ d̄

plenitudīe ei⁹ diuinitatꝪ oēs ac-
cepim⁹ gr̄am deificatiōis. ꝑ gr̄a
fidei. q̄ in eū credim⁹. et actiōis
qua mandata eius cuſtodimus.
Hec Orige. Ex quo etiā ptꝫ. ꝙ
virgo maria nō ſolum xp̄i mater
eſt corꝑaliter. ſed omniū noſtrūꝫ
mater eſt ſpūaliter. Plane inq̇t.
Aug⁹. li. de ſancta ꝟginitate ma
ter eſt membroꝝ xp̄i que nos ſu-
mus. q; cooꝑata ē caritate. vt fi
deles in eccleſia naſcerentur. vn-
de pro filijs ſuis canit eccl'eſia.
Monſtra te eſſe matrem ⁊c̄. Et
vere mater noſtra eſt. que dei fili
um corꝑaliter generādo fecit no
bis omnib⁹ eſſe fratrē. Hunc
aūt genitū ac pānis inuolutum.
in ꝓſepio reclinauit. cui⁹ cauſam
euāgeliſta ſubdit dicēs. (Quia
nō erat ei loc⁹ in diuerſorio) ſm̄
Be. Diuerſorium dicit̄ quaſi di
uerſa habēs orificia. i. duas por
tas quibꝫ itur ad vtrūq; ꝓximū
vicū. Fuit eni loc⁹ ille platea co-
oꝑta i publico. ad receptōēꝫ trāſ
euntiūꝫ tp̄e calido vel pluuioſo.
In hac ergo platea ⁊ diuerſorio
publico manebant nocte illa io-
ſeph cū maria. ſm̄ Chriſ. eo ꝙ ꝓ
pter multitudinē eoꝝ q̄ cauſa ꝓ-
fitendi illuc venerāt hr̄e hoſpici
um nequiuerūt. Adduxerat aūt
ioſeph vt dicit Nico. de ly. in il-
lo itinere ſecū aſinū ad vehendū
virginē pregnantē. ⁊ bouē ad vē-
dendū in bethleem. vbi erat ma-
gna populi ꝯgregatio. q̄tinus de
ꝓcio ſolueret expēſas i via. ⁊ cen-

ſum regiū. Hijs aūt duob9 aīali
bus fecit p̄ſepiū iuxta ſe. in q̄ bea
ta virgo reclinauit puerū ieſum.
ſm q̄ p̄dictuȝ fuit p̄ Abacuc. p̄-
phetā. Dn̄e inquit audiui audi-
tum tuū ⁊ timui. cōſideraui opa
tua ⁊ expaui. in medio duū ani-
malium. ſm trāſlationē. lxx. Fu-
it em̄ pphete ammirationis pa-
uor. q̄ ī loco tam humili reclina-
retur ſaluator. Hinc canit eccle-
ſia. O magnū miſterium ⁊ admi
rabile ſacramentuȝ. vt Animalia
viderent dominū natū. iacētem
in preſepio. beata viſcera que me
ruerunt portare dominū chriſtū
¶ Deſcripta aūt natiuitate do-
mini. tempore. loco. et circūſtan-
tijs. fidelis euangeliſta teſtes nō
deſijt annotare. Ait enī. (Et pa
ſtores erant in regione eadem vi
gilantes. et cuſtodientes vigili-
as noctis. ſup gregem ſuum. Et
ecce angelus domini ſtetit iuxta
illos. et claritas dei circumfulſit
eos. et timuerūt timore magno.
ex inſolita (ſcȝ viſiōe) Et dixit il
lis angelus. Nolite timere. ecce
enim euangeliſo vobis gaudiuȝ
magnum. quod erit omni popu-
lo. quia nat9 eſt vobis hodie ſal
uator. qui eſt chriſtus dominus.
in ciuitate dauid. Et hoc vobis
ſignum. inuenietis infantē pan-
nis inuolutum. et poſitū in preſe
pio. Et ſubito facta eſt cū ange-
lo (ſcȝ gabriele ſm Aug. in d mi
rā. ſcriptu. multitudo milicie ce-
leſtis laudantiū deum et dicen-
tium. Gloria in excelſis deo. Et
in terra pax hominib9 bone vo-
luntatis.) D ¶ Ecce q̄ȝta te-
ſtimonia de celo habet natiuitaſ
paruuli inter hoīes deſpecti. pre-
ter p̄ſepium in diuerſorio locum
nō habētis. lucis claritatē. ange
licam p̄dicationem. iocūdātium
angelorū miliciam. ac noui ſide-
ris ſicut Matth. ſcribit radiuȝ
fulgurātē. Utriuſqȝ nature aper
ta teſtimonia. Nam diuinā par
uuli noſtri naturaȝ teſtatᷣ gloria
celorū. Siquidē ſm hāc lucem
habitare inacceſſibilem teſtis eſt
claritas dei. que oculos paſtorū
terruit. et cōprehendi nō potuit.
Hūc deniqȝ eſſe verbum patris.
celeſtia verba deſignant. p̄ſentia
āt multitudinis canentiū ange-
lorum. hunc dominū ac regē ſpi-
rituum p̄fitetur. et beatitudinē
electorum. Stella autē noua p̄-
ter hoc q̄ hunc celi ſtellarumqȝ
creatorem et rectorē eſſe ſignifi-
cat quia ita oculos magorum in
ammirationem ſuſpendit. vt in-
teriora illuminaret eorū corda.
aperte denunciat hunc paruulū
eſſe doctorem qui nedū exterius
ſanando miniſteriū exhibet. ſed
etiam intus docendo mentē eter
na veritate illuſtrat. Ecce q̄druplex
teſtimoniū de celo regi celo-
rū p̄ter hūana teſtimonia. zach.
Elizabeth. Symeonis. Anne.
deniqȝ marie et ioſeph paſtorum
atqȝ regum ſeu magorū. ſi tn̄ hu-
mana ⁊ nō magis diuina. q2 di-

uine reuelationi ſubnixa. q̃ nunc
qꝛ euangelium p̄ſens tacet proſe-
quenda nō ſunt. Pariformiter
humane ſubſtātie veritatem pro-
bant. teneritudo infantilis. in-
firmitas carniſ. vagitus. panni.
preſepiū. lactis potus. ⁊ mr̄is ob-
ſequiū. De quo beat⁹ Amb. ſup
lucā dicit. Alia natura carniſ. a-
lia diuinitatis c̄ gloria. ꝑpter te
infirmitas. ꝑpter ſe potentia. ꝑ-
pter te inopia. ꝑpter ſe opulētia.
Noli hoc eſtimare quod cernis.
ſed ꝙ redimeris agnoſce. quia
in pannis eſt vides. quia in celis
eſt non vides. Et. j. An medio-
cribus ſignis approbatur. quod
angeli. quod magi adorant. qđ
martyres confitentur. Ex vtero
funditur quod coruſcat celo. ter-
reno in diuerſorio iacet. ſed cele-
ſti lumine viget. Nupta peperit
ſed virgo concepit. nupta conce-
pit. ſed virgo generauit. Et bea-
tus Aug⁹. in li. de ſymbolo. Pa-
rit mater et virgo. feta et intacta
eſt. factor omniū fit inter omīa.
portatur manibus rector orbis.
lambit vbera regens ſidera. ta-
cet ⁊ verbum eſt. Nec dum quis
eſſet demōſtrabat ⁊ vniuerſa cre-
atorem ſuum indicabant. Et in
ſermone de epi. qui incipit. poſt
miraculum virginei partus. idē
ait. O infantia cui et aſtra ſub-
duntur. Cuius eſt iſte magnitu-
dinis ſuperne glorie. ad cuius
pannos et angeli excubāt. et ſide-
ra obſecundant. et reges trepi-
dant et ſectatores ſapientie inge-
niculant. O beatum tugurium.
O ſedes ſecunda poſt celū. vbi
locebat nō lucerna ſed ſtella. O
celeſte palacium in quo habitat
non rex gemmatus ſed deus in-
corporatus. Cui erant pro mol-
libus thoris dura preſepia. ꝓ la-
quearibus aureis funca culmi-
num tecta. ſed ſideris obſequio
decorata. Sequitur. Quis eſt
iſte talis ac tātus? O natura cō-
fer mecum. Quis eſt iſte cui exhi-
bes obſequium. et non habet te-
ctum? Quis eſt iſte qui vagitib⁹
preſepe replet? Responde mihi
oro te. dic mihi cui exhibes lau-
dem. ne diu inquirat animus ra-
tionem. Stupeo enim cum vi-
deo pannos et intueor celos. E-
ſtuo cum inſpicio in preſepi men-
dicum et ſupra aſtra preclarum.
Sed ſubueniat nobis fides. qꝛ
ratio nature deficit. Que igitur
fides verba reſpondeat audia-
mus. Panni iſti vagitus et in-
fantia. humani generis eſt no-
ua natiuitas quia interierat ho-
minis peccato natura. Stella
vero fulgens ⁊ magus accurrēs.
regis eſt natiuitas patens. Hec
Augustin⁹. ¶ E Audi-
ſtis teſtimonium celeſtium ſpiri-
tuum. placeat nunc audire con-
feſſionem hominum terrenorū.
Sequitur enim (Et factum eſt
vt diſceſſerūt ab eis angeli in ce-
lū. Paſtores loq̄bant ad inuicē.
Traſeam⁹ vſq₃ bethleē ⁊ videa-

ſmus hoc verbū qḋ factū eſt. qḋ
dn̄s oſtendit nobis. Et venerūt
feſtinantes. et inuenerunt mariā
⁊ ioſeph. et infantem poſitum in
preſepio. Videntes aūt. cogno-
uerūt de verbo qḋ dictū erat il-
lis ḋ puero) hoc eſt videntes cor
poris oculis puer pānis inuolu-
tum. et in p̄ſepio collocatū. Ma
riam matrē eius pauperē in nul-
la terrena pompa refulgentem. ⁊
ioſeph vtriuſqꝫ cuſtodē. cogno-
uerunt ꝑ fidem a deo cordi infu
ſam. ꝙ hic erat puer īfans ſalua-
tor ſeculi. de quo ſermo angelic⁹
erat factus. ⁊ ceperunt predicare
marie ioſeph ⁊ omnibꝫ circūſtan
tibus cuncta que viderāt ⁊ audi
erāt ab angelis de puero hoc. vn̄
ſequitur. (Et omnes qui audie-
rūt mirati ſunt de his que dicta
erant a paſtoribꝫ ad ipſos) Glo.
nō ſolum mirabant̄ de incarna-
tionis miſterio. ſed etiā ḋ tanta
paſtorū atteſtatōe. qui velut ſim
plices neſcierunt fingere inaudi
ta. ſed ſimplici facundia verū p̄-
dicarunt. Omnino efficax ad fi
dem paſtoruꝫ teſtimonium ſicut
Amb. ait. Non tibi mediocre fi
dei hoc videatur exemplum. nec
vilis paſtor perſona. Certe quo
vilior ad prudentiam p̄cioſior eſt
ad fideꝫ. Non gymnaſia choris
referta ſapientiū. ſed plebem do
minus ſimplicem requiſiuit. que
fallerare audita et fucare neſci-
ret. Simplicitas eni queꝛit̄. nō
ambitio deſiderat̄. Nec cōtem-
nenda putes q̄ſi verba vilia pa-
ſtor. A paſtorib⁹ etiam maria fi
dem collegit. a paſtoribꝫ popul⁹
ad dei reuerentiā ꝯgregat̄. Vn-
de ſequit̄. (Maria aūt cōſerua
bat omia verba hec. cōferens in
corde ſuo) ſcꝫ cū hijs que ab an-
gelo audierat. que in ꝓphetis le
gerat. que in ſeipſa experta fue-
rat. ⁊ in omnibꝫ cernebat cōcor-
diam ⁊ ꝑtinens teſtimoniū. ꝙ ve
rus deus eſſet quē ipa genuiſſet.
(Et reuerſi ſunt paſtores glorifi
cantes ⁊ laudantes deū in omni
bus que audierāt ⁊ viderant. ſi-
cut dictū fuit ad illos.) Hec ſūt
que paſtores tranſeūtes in beth
leem corꝑalibꝫ viderūt oculis et
mentalibus. de verbo qḋ factuꝫ
eſt. que et nos meditari nō ceſſe-
mus. laudantes et glorificantes
dei miſericordiā. quā nobis i be
nedicti filij ſui natiuitate oſten-
dit. qua nos ſicut eccleſia canit
de poteſtate dyabolica liberauit
cum quo viuit et regnat in vnita
te ſpūſſancti deus ꝑ omia ſecula
ſeculorum. Amen.

## Pars tertia ſermonis tercii de natiuitate dn̄i in ordine ſermo. IX.

Tranſeam⁹ vſqꝫ bethleem ⁊c.

☞ A Sicut viſio verbi q̄n
tum ad diuinitatē premiū eſt be-
atificum aſſumptorū ad gloriā.
dicente Augu. j. de trini. Viſio

eſt tota merces. Jta viſio ei⁹ ſm
humanitatē meritū eſt et via. ad
patrie beatitudinem. Hinc. j. de
doctrina xp̄iana dicit. Fidei ſuc
cedit ſpecies. fides viſio eſt enig⸗
matica. ſm apl'm. j. Coꝛ. 13. Ad
hoc deniqꝫ verbū caro factū eſt.
vt qui infirmi eram⁹ ad viſionē
dei verbi. inacceſſibile lumen pa
ternū habitantis. viſione ꝓbi ca
ro facti. ad eam ꝯualeſceremus.
De quo idē Aug⁹. ſer. 39. de ver
bis euange. ita dicit. Nō mūda
to coꝛdi quid potuit miſericoꝛdi
us donari ab eo. q̄ꝫ vt illud ver⸗
bum ꝑ quod facta ſunt oīa. fie⸗
ret qd̄ nos ſum⁹. vt atīgere poſ⸗
ſem⁹ illud qd̄ nos nō ſum⁹. Nō
enī deus ſum⁹. ſed poſſum⁹ men
te vel coꝛdis acie interioꝛe. deuꝫ
videre. Hoc enī nobis ꝓmittit.
videbim⁹ ſicuti eſt ait. j. Joh. 3.
¶ Sed vt ꝑueniamus. ſi nōdū
poſſumus videre deū verbū. au⸗
diamus verbū carnem. qꝛ carna
les facti ſum⁹. audiamus verbū
carnem factum. Jdeo enī venit.
ideo ſuſcepit infirmitatē noſtrā
vt poſſimus firmam locutionem
capere dei poꝛtantis infirmita⸗
tem noſtram. Audire autē. men⸗
te videre eſt. oculo non carnis. ſꝫ
fidei. ¶ Quia autem vt perſpe⸗
ctiui aiunt. vt fiat viſio. certa re
quirit ꝓpinquitas et diſtātia o⸗
culi videntis. ad viſibile. Jdeo⸗
qꝫ ad videndum verbum pꝛo no
bis factum. illi appꝛopiquare o⸗
poꝛtet. quo igitur ibimus? Jn

bethleem iuda. Jbi enim natum
cognouimus. ibi inuolutum pā⸗
nis ⁊ in pꝛeſepio reclinatum. Uli
am autem iam certam fecere pa⸗
ſtoꝛes. qui letiſſimis noue natiui
tatis rumoꝛibus ab angelo au⸗
ditis contenti non fuerunt. ſed
et videre cupierunt. Unde acce⸗
pto ſigno dimiſſis gregibus fe⸗
ſtinanter ierunt adinuicem di⸗
cētes. Tranſeamus in bethleem
et videamus hoc verbum quod
factum eſt. pꝛo gratia. Aue ma.
☞ ¶ B Audita dominice na
tiuitatis hiſtoꝛia. Aduertamus
nunc diligentius. Quomō nos
in bethleem tranſire poſſimus.
vt verbum quod factum eſt vti⸗
qꝫ nobis. videamus. Et quidem
bethleem ad litteram in qua do
minum coꝛꝑaliter natum cogno
uimus. viculus eſt ꝑuulus terre
iuda tranſmarinus. Sꝫ ad hūc
qualiter trāſire poterimus. oēs?
Nūquid trāſnauigare poterint
pauperes naulo victuqꝫ carētes.
infirmi. ⁊ cure rei familiaris aut
ſubditoꝝ alligati? Deniqꝫ beth⸗
leem hec ab infidelibus occupa⸗
tur. vt etiaꝫ a trāſeuntibus. ma⸗
gis antichriſti multi q̄ꝫ chriſtus
videatur. Sed eſt aliud bethle⸗
em ſpirituale. nobis ꝓpinquiſſi⸗
mum. quo nulli volenti negatur
acceſſus. etiam ſi pedum exiſtat
priuatus officio. aut infirmitate
qualibet ꝑgrauatus. in quo ver⸗
bum videre poterit quiſquis vo
luerit. Hinc moyſes Deut. 30.

ait. Nō eſt ſupra te. neqꝫ ꝓcul po
ſitū. nec in celo ſitū. vt poſſis di-
cere. quis noſtrū valet ad celū cō
ſcendere. vt deferat illud ad nos
neqꝫ trās mare poſituꝫ vt dicas.
qs nr̄m poterit trāſfretare mare.
ꝛ illō ad nos vſqꝫ deferre. Sꝫ iu
xta te eſt ſermo valde. in ore tuo.
et corde tuo. Ambulemꝰ ergo vſ
qꝫ ad noſipſos. pedibus conuer-
ſionis. non corporis. agamus vt
ipſi ſimus bethleem iude. et ī no-
bis videbimus chriſtum. Utinā
ait Bernh. Inueniamur et nos
bethleem iude. vt in nobis quo-
qꝫ dignetur naſci chriſtus. et au-
dire mereamur. quia nobis timē
tibus deū orietᷣ ſol iuſticie. Quō
poſſunt hec fieri? Certe pn̄t ſi in
nobis hec ꝯditiōes ſpūaliter iue
nianᷣ que in bethleem corꝑaliter
cognoſcunᷣ. ¶ Bethlē vi-
culus ꝑuus erat. Michee. 5. Et
tu bethleem effrata ꝑuulus es. di
ctus domus panis. ſitus in terra
iuda qͦ ꝯfeſſio vel ꝯfitens inter
pretatᷣ. Simꝰ ꝛ nos ꝑuuli. ꝛ do-
mus panis. atqꝫ ꝯfitentes dn̄o. ꝛ
naſcetᷣ ac requieſcet in nobis xp̄c
verbū p̄ris. Suꝑ quē requieſcit
ſpūs meꝰ. niſi ꝑ humilē ꝛ quietū.
et trementē ſermones meos Iſa.
66. Niſi enim paruuli fuerimus
in oculis noſtris. non habitabit
in nobis chriſtus. Nam ad ſaul
dicitᷣ. dum paruulus eſſes in ocu
lis tuis. caput in tribubus iſrael
factus es vnxit te dominꝰ in re-
gem ſuper iſrael. Sequitᷣ. qꝛ pro

iecisti ſermonem domini ſcꝫ ſuꝑ-
biēs contra dominuꝫ. proiecit te
dominꝰ ne ſis rex ſuper iſrael. j.
Regum. 15. iſrael videns deum.
quō enim qui de celo deſcēdit fa
ctus paruulus. aſcendat in cor al
tum ꝛ ſuperbū. Siquidē humi-
lia reſpicit. ꝛ alta a longe cogno-
ſcit. humilibꝰ dat gr̄aꝫ. j. Pe. j.
imo ſeipſum gratiaꝝ fontē. ſuper
bis aūt reſiſtit. Dum omīpotens
naſci ꝑ nobis temporaliter decre
uerāt. multe orbes. magne pom-
poſe. multe regum. multe tyrāno
rum. multe nobiliū. atqꝫ ſm̄ hūc
mundū magnatorū. erant vxoreſ
et filie ꝛ nihil hoꝝ elegit. Sꝫ do
minus altiori conſilio tanqꝫ cele-
ſtis ꝛ non de mundo. mūdi iudi-
cium ī omnibꝰ reprobauit. Oia
que mundus precioſa reputat de
ſpexit. Deſpecta ac humilia ele-
git. humilem locum. humilē ma-
trem. humilem veſtitū. humilem
ſtratum. vt palam doceret. ſe nō
in altis ꝛ pompoſis. ſed in humi-
libus ac paruulis rebus ꝛ menti-
bus ꝺlectari. Stulte ergo nimiſ
agunt qui in hac ſancta feſtiui-
tate in veſtitu. inceſſu. ornatu.
victu. ſuperbe ac pompoſe ince-
dunt. Non illi bethleem. ſed ba-
bilon. ſed hieruſalem ſe confor-
mant. vbi ſtella que in bethleem
coruſcauit nō luxit. ſꝫ diſparuit
non xp̄i natiuitatē honorāt que
in pauꝑtate et humilitate predi-
catur. ſed herodis vbi Iohānes
occiditur. qui eſt gratia dei.

D¶ Sim⁹ ꝗꝫ dom⁹ panis. qm̄
bethleem eſſe nō pōt q̇ dicit illud
Iſa. 3. In domo mea non eſt pa-
nis. Panis aūt ꝓpħa teſte cōfir
mans coꝛ hoīs. eſt verbū dei. Cō
firma me inq̇t idē ꝓpheta in ver-
bis tuis. In verbo enī qḋ ꝓcedit
ḋ oꝛe dei viuit homo. viuit ī xp̄o.
viuit in eo chꝛiſtus. Ibi oꝛit͛. ait
Bern̄. Ibi apparet. nec omnino
amat coꝛ titubans aut vacillans
ſed ſtabile ⁊ ꝯfirmatum. Sum⁹
ḡ bethleem. ſi in tantū panis ver-
bi dei in nobis ꝯualuit. ꝙ coꝛ no
ſtrū in bono ꝓpoſito ꝯfirmauit.
ita ꝙ nequaq̄ꝫ redire libeat ad ea
vn̄ ad xp̄m ꝯuerſi ſum⁹. Quo cō
tra eodē Bern̄. teſte Si q̇s mur
murauerit. ſi q̇s heſitat. ſi q̇s nu-
tat. ſi q̇s cogitat reuerti ī egyptū
reuolui in lutum. redire ad vomi
tū. mutare ꝓpoſitū. deſerere vo-
tum. nō eſt bethleem iſte. nō ē do
mus panis. Sola enī fames ⁊ fa
mes valida. in egyptū cū deſcen-
dere. poꝛcos paſcere. ſiliq̄s eſuri-
re cōpellit. vtpote ꝓcul agenteꝫ a
domo panis. a domo patris. in
q̄ etiam mercēnarij panib⁹ abun
dare noſcuntur. Non in huiuſ-
modi coꝛde naſcitur chꝛiſtuſ. vbi
de eſt fidei foꝛtitudo ꝓpoſiti fir
mitas. Quō enim ī illo naſcitur
ieſus. quō ſalus oꝛitur illi. quan
doquidē vera om̄ino certaq̄ꝫ ſen
tentia eſt. ꝙ is tm̄ qui ꝑſeuerauе-
rit in finem ſaluus erit. que enim
eſt ſocietas eternitati ⁊ tante mu
tabilitati. eius qui eſt cum eo qui
nunq̄ꝫ in eodē ſtatu ꝑmanet. Hi
enim ſunt qui obliti ſunt come-
dere panem ſuum. qui q̄cunq̄ꝫ fa
cili ſuboꝛta occaſione. obliuiſcū-
tur domini dei creatoꝛis ſui. ⁊ vt
tractent que ſunt ſuper terram.
obliuiſcunt͛ celeſtia. attendunt p̄
ſentia. obliuiſcuntur futura. am
plectuntur que videntur. obliui-
ſcuntur que nō vident͛. poſtremo
querunt que ſua ſunt. obliuiſcū-
tur que ſunt ieſu chꝛiſti. longe fa
cti ab eo qui ait. Prouidebā do
minum in conſpectu meo ſemper
oblitus populum ſuum et domū
patris ſui. ☞ ¶ C Conſiſta
mus deniq̄ꝫ in terra iuda. Confi
teamur domino duplici confeſſi
one. fraudis et laudis. Confite-
amur peccata noſtra. confitea-
mur domino quoniā bon⁹. Nō
enim ſimpliciter in bethleem. ſed
bethleeꝫ iuda naſcitur dominus
Quantūlibet enim foꝛtes in fi-
de. et pꝛopoſito firmi. quantūli-
bet panibus abundantes ip̄o lar
giente cui quotidie oꝛantes dici-
mus. Panem noſtrum quotidi-
anum da nobis hodie. neceſſe ha
bemus addere conſequenter. di-
mitte nobis debita noſtra. Alio
quin ſi dixerim⁹ quia peccatū nō
habemus. noſipſos ſeducimus ⁊
veritas in nobis non eſt. ait Io.
pꝛima cano. ca. pꝛimo. A qua cō-
feſſione deficiunt. qui excuſant
excuſationes in peccatꝫ. culpā ſu-
am in alios transferēdo. ⁊ quan-
doq̄ꝫ quod magis deteſtabile eſt

cõtra deũ q̃ſi iniuſtũ aut impiuꝫ
murmurando. ſic in adam et eua
habes exempla. ¶ E Deniqꝫ cõ
fiteamur dño cõfeſſione laudis.
cũ magnificãdo ꝛ laudãdo. non
ſolũ ore. ſed etiã corde ꝛ opere. vt
toti pariter et omni ꝑte domino
confiteamur q̄m ſeipm exhortãs
ait ꝑpheta. Benedic anima mea
dño. et oia q̃ intra me ſunt nomi
ni ſancto ei⁹. ꝛ iterũ oia oſſa mea
dicent. dñe quis ſimilis tibi. Fa
ciem⁹ hoc. ſi omia opa nr̃a opera
ſint dñi ex eius ſcꝫ p̄ceptis aut cõ
ſilijs emanãtia. Si omia quecũ
qꝫ facim⁹ in verbo ꝛ ope. omia in
noie dñi nr̃i ieſu xp̄i facim⁹ gr̃as
agẽtes deo ꝛ patri ꝑ ipm Col'. 3.
qualiter nõ opant̃ aut cõfitent̃.
qui vt apl'us ad Titũ. j. ait. Cõ-
fitent̃ ſe noſſe deũ. factis aũt ne
gant. ¶ Sum⁹ ergo veri iudei
in iuda habitãtes vtraqꝫ ꝯfeſſio
ne dño ꝯfitentes ſi corde nos cõ
fitemur dignos multo maioribꝫ
penis. Deũ ṽo ſũme bonũ qui ꝑ
hijs leuibꝫ ꝛ trãſitorijs penis et-
na ꝯdonat ſupplicia q̃ meremur
Qui ita dño ꝯfitetur. paciẽs eſt
tranquillus ẽ. ꝛ i tribulatiõibus
vñcũqꝫ veniant manet pacific⁹ ꝛ
quiet⁹. plus gaudẽs de flagellan
tis pij pr̃is miſcd'ia. q̄m d' pſenti
doleat pena. ¶ Uultis ſcire q̃ ſic
dño nõ cõfitent̃. Audite Bern̄.
ſer. de vigi. qui incipit. O iuda
et hieruſalẽ ita dicentem. Quiſ-
quis ardenter non deſiderat pe-
nitentiam. videt̃ opibus dicere.

nõ indigere ſe penitẽtia. ꝛ ita ſuã
nõ cõfitetur culpã quo ad primã
cõfeſſionis ſpeciẽ. Aut non poſſe
ꝑdeſſe ei penitentiã. et ſic diuinã
nõ cõfitet̃ bonitatẽ. q̃ ad ſcd'am.
Ecce habetis qua via tranſeun-
dum eſt in bethleem iuda. tranſi
mus em̄. ſi corde humiliamur. fa
cti ſicut paruulus iſte. Si ꝑ dei
verbum in emendatiõis nr̃e pro
poſito firmiter ꝑduramus. Si
tandẽ duplici hac quã audiſtis cõ
feſſione dñm benedicimus ꝛ lau
damus. Niſi q̄ nõ tam trãſimus
vſqꝫ bethleẽ. qꝫ ipi efficimur beth
leem iuda. ¶ Cũ itaqꝫ ſic trã
ſimus vſqꝫ bethleem videamus
verbum qd' factũ eſt. videam⁹ in
q̄m verbuꝫ nõ q̇d ſit ſcd'm id qd' eſt
nõ factũ. ſed genitũ eſt a p̄re. ſic
enĩ poſuit tenebras latibulũ ſuũ
ſed ſcd'm id qd' factũ eſt in ſua exi-
nanitione. Uideam⁹ etiã quõ iã
factũ. id eſt quẽadmodũ ex mr̃e
genitũ ſe habuerit in noue vie o-
ſtenſiõe. vt accenſi deſiderio per
primũ. viam vite arripiamus do
cti ꝑ ſcd'm. Uideam⁹ inqꝫ quid
factũ eſt in ſua exinanitiõe. q exi
nanitus apparuit i hodierna na
tiuitate. ſi tñ videre poſſum⁹. qꝛ
tanta ſunt ꝛ talia. vt vix fidei o-
culis attingi. rõne ṽo omino ap-
prehendi non poſſint. Uideam⁹
inquiunt hoc verbum quod fa-
ctum eſt. Uerbum vtiqꝫ p̄ris. fa-
ctum carnem hodie natũ ex vir-
gine in bethleẽ iude. Uideamus
et nos. quid eſt dicere verbũ pa-

trís qd̃ factum eſt. verbũ ex pr̃is
corde eternaliter eructatũ. filius
dei eſt ex ſubſtãtia patris eterna
liter genitꝰ. ſer. 39. de verb. euan
ge. Aug. nõ factꝰ. forma non for
mata. oĩm formatoꝝ forma. incõ
mutabilis. ſine lapſu. ſine defe-
ctu. ſine tẽpore. ſine loco. manẽs
in ſe. innouans omnia. ꝑ quẽ oĩa
facta ſunt. et vniuerſa que facta
ſunt in ipſo viuũt. ſuperãs omĩa
et fundamentũ in quo ſunt oĩa.
et faſtigium ſub quo ſunt omĩa.
Hoc inq̃m verbũ hodie tꝑaliter
ex matre virgine natũ manẽs q̇-
dem in ſe qd̃ erat. factũ eſt qd̃ nõ
erat homo videlicet infirmꝰ. lo-
co circũſcriptꝰ. tempori ſubiectꝰ.
ipſe qui fecerat hoiem. factus eſt
qd̃ fecit ſer. 65. ne periret qd̃ fe-
cit. faciẽs ⁊ factus. creator ⁊ crea
tus. creator matris. creatꝰ ex ma
tre. ſer. 43. qui fuerat anteq̃ꝫ fie-
ret fecit ſibi in q̃ fieret. Sic pro
pter nos tꝑalis effectus eſt tem-
porũ effector. ꝓpter nos in carne
apparuit mundi cõditor. verba
ſunt beati Aug. in diuerſis ſer-
monibus. Et beatꝰ Leo in ſer. q̇
incipit. Exultemus in dño. In-
greditur inquit hec mundi infir
ma filiꝰ dei. de celeſti ſede deſcen
dẽs. ⁊ a paterna gl'ia nõ recedẽs.
inuiſibilis in ſuis. viſibilis eſt fa
ctus i nr̃is. incõprehenſibilis vo
luit cõprehẽdi. añ tꝑa manẽs ee
cepit ex tꝑe. vniuerſitatꝭ dñs ſer-
uilẽ formã obumbrata maieſtatꝭ
ſue dignitate ſuſcepit. impaſſibi
lis deꝰ nõ dedignatꝰ eſt hõ paſſi
bilis ee. ⁊ imortalꝭ mortalibꝰ legi
bus ſbiacere. Ecce q̇d factũ ẽ v̾-
bũ hodierna natiuitate. Videtꝛ
eni ait Bern. omel. 2. ſupmiſ. ẽ.
Lõgitudo breuiſ. latitudo angu
ſta. altitudo ſbdita. ꝓfunditas
plana. ibi agnoſcit lux nõ lucẽs.
v̾bũ infans. aqua ſitiens. panis
eſuriẽs. Videas ſi attẽdas potẽ
tiã regi. ſapientiã inſtrui. virtutẽ
ſuſtẽtari. Deũ deniq̃ꝫ lactentẽ. ſꝫ
angelos reficientẽ. vagientẽ. ſed
miſeros ꝯſolantẽ. Videas ſi at-
tendas triſtari leticiã. pauere fi-
duciã. ſalutẽ pati. vitã mori. for-
titudinẽ ĩfirmari. imo qd̃ nõ mi
nus mirꝫ ẽ. ibi cernit triſticia leti
ficãs. pauor ꝯfortans. paſſio ſal
uãs. mors viuificãs. infirmitas
roborãs. ¶ Verũtñ nõ iſta
q̃ vident ꝯria xp̃o ſm vnã natu-
rã vnã ve natiuitatẽ inec creden
dum eſt. Duas em̃ i xp̃o naturas
catholice ꝯfitemur ſm Dam̃. et
Aug. in de fide ad pe. diuinã ſm
quã eſt pr̃i naturaliter eq̃lis ⁊ co
eternꝰ deꝰ. humanãꝫ quã ꝓ nob
manẽs incõmutabilis deꝰ ſuſce-
pit tꝑaliter ex virgine matre. ve-
rus ac plenꝰ hõ factꝰ. Duas q̃ꝫ
natiuitates eternã videlꝫ ⁊ tꝑalẽ
vt Mari. in ſer. q̇ incipit. hodie
frẽs cariſſimi xp̃c natꝰ ẽ declarat
Vnꝰ inq̇t ideq̃ꝫ ſine ꝯceptiõe na-
tus ẽ deꝰ ⁊ ſine creãte. i. generãte
pr̃e factꝰ eſt hõ. Ibi illũ ex ſemet
ipſo genuit deꝰ. hic eũ virgo deo
oꝑante ꝯcepit. ibi ſine initio. hic

ſine exemplo. ibi natꝰ eſt vt ꝯde-
ret vitã. hic factꝰ vt tolleret mor
tem. ibi p̃ri natus. hic hoibus ꝓ
creatus. illa natiuitate hoiem fe
cit. hac generatiõe hoiem libera-
uit. Natiuitate eterna p̃r eũ ſibi
genuit naturaliter et neceſſario.
Natiuitate tꝑali ſe nobis ipe ex
hibuit miſ̃icorditer ⁊ volũtarie.
¶ In ipa nanqꝫ tꝑali natiuitate
ſm ꝓphe teſtimoniuꝫ miſcdia et
veritas obuiauerũt ſibi. iuſticia
et pax oſculate ſunt. Quid enim
miſericordiꝰ cogitari potuit. q̃m
ꝙ vt Bern̄. ait ſer. de vigi. q̇ inci
pit. hodie ſcietis. Venit medicꝰ
ad egrotos. redẽptor ad vendi-
tos. ad errãtes via. ad mortuos
vita. Venit quippe q̇ ꝓijciat ĩ ꝓ
fundũ maris omĩa pctã nr̃a. qui
ſanat oẽs infirmitates nr̃as. qui
redemit de interitu vitã noſtraꝫ
qui coronat nos ĩ miſcdia ⁊ miſe
ratiõibꝫ dũ nos ꝓprijs humeris
ad ꝓprie dignitatis reportat ori
ginẽ. ¶ Magna eſt iſta potẽtia
ſꝫ plus ãmirãda ẽ miſcdia. ꝙ ſic
venire voluit q̇ potuit ſubueire.
Apl'us ad Ti. 3. Apparuit beni-
gnitas ⁊ hũanitas. H Sꝫ q̄
iuſticia. vt appareat quẽadmo-
dũ ſeſe oſculate ſint pax et iuſti-
cia in hois reꝑatiõe q̄ a ſe diſcor
dare videbãt ĩ eiꝰ lapſu ⁊ lapſus
dãnatõe. Noſtꝫ cariſſimi hoiem
primũ ſuꝑbo illicitoqꝫ aſſenſu ſu
pra ſe in dei ſil'itudinẽ ſerpentis
ſuaſu inſipiẽter eleuatũ. ꝑ inobe-
dientiã p̄ceptũ ſibi datum p̄uari
caſſe. ac ꝑ hꝰ pacẽ interiorẽ ꝑdidiſ
ſe. ⁊ trãſgreſſiõis ſue culpã ĩ oẽs
a ſe ꝯcupiſcẽtial'r ꝓpagãdos trãſ
fudiſſe. ſeqꝫ cũ ill' et ne mortꝫ ſup
plicio obnoxios reddidiſſe. a q̊
iuſte ſolui nõ poterat. niſi ꝑ ino-
centis geniti hũilitatẽ ⁊ obedien
tiã mortis pena ſolueret. quã hõ
pctõr ſoluere tenebat. et q̄ inter
naturales a de filios nullꝰ ĩnocẽs
inuẽtꝰ ẽ. culpa origiali oẽs parit
iuoluẽte. teſte Job. Nemo mun
dus a ſorde. nec infans cuiꝰ vniꝰ
diei ẽ vita ſuꝑ terrã. vnigenitus
p̃ris filiꝰ. cũ ĩ forma dei eſſet ipa
dei forma ſeruata. exinaniuit ſe-
metipm̃ ꝯtra ſuꝑbiã ꝓthoparẽtꝫ
ꝯtra eiꝰ inobediẽtiã. factꝰ obedi
ens p̃ri imo et m̃ri. Et vt carnem
hois pctõris ⁊ aiam mũdaret ſu-
ſceptiõe carnis ⁊ aie rõnalis. ĩcar
natꝰ ẽ vt ſm Augꝫ. in de fide ad
pe. pctm̄ qd̄ in cõcubitu mortal'
carnis generatio hũana ꝯtraxit
auferret. ꝯceptꝰ ẽ nouo more deꝰ
incarnatꝰ in ꝟgine ſine coitu vi-
ri. ſine libidine ꝯcipiẽtis ꝟginis.
vt ꝑ deũ hoiem quẽ abſqꝫ libidĩe
ꝯceptũ inuiolatꝰ edidit virginis
vterꝰ. ablueret pctm̄ qd̄ naſcẽtes
trahunt oẽs hoies. Solus ḡ ab
ſtulit pctm̄ ꝯceptiõis atqꝫ natiui
tatis hũane dei vnigenitꝰ. q̇ duꝫ
cõciperet veritatẽ carnis accepit
ex virgine. ⁊ cum naſceret integri
tatẽ virginitatis ſeruauit in m̃re
Iſta cauſa eſt qua deꝰ factꝰ filiꝰ
virginis marie. ⁊ maria ꝟgo ma-
ter facta eſt vnigeniti dei. vt quẽ

pr̃ genuit ex eternitate. ipm ꝟgo
ↄceptū ꝑferret in tpe. Illa itaqꝫ
virgo. quā de⁹ qui de ea erat na-
ſciturus ita ſingulari grã ꝓuenit
atqꝫ impleuit. vt ipm haberet vē-
tris ſui fructum. quē ex inicio ha
buit vniuerſitatꝫ dñm. ꝛ ipm ſibi
videret naſcendi ſolennitate ſub
ditū. quē in vnitate paterne ſube
nō ſolū ipſa. ſed etiā angelica cre
atura cognoſcit et adorat altiſſi-
mū. Sic ḡ hac q̄ꝫ iuſticia pecca-
tū ꝛ pena peccati q̄ p ſcelus corru
pte mulieris intrauit in mundū.
p inuiolatū virginis partū aufer
tur a mūdo. vt qꝛ in cōditiōe ge-
neris hūani p mulierē que de ſo-
lo viro facta eſt. factū eſt vt mor-
tis vinculo teneremur obſtricti.
hoc in redemptiōe generis hūa-
ni diuina bonitas egit. vt p virū
qui de ſola muliere nat⁹ eſt hoi-
bus vita redderet. Illic hūanaꝫ
naturā nequiſſima deceptōe ſibi
dyabolus in pctī ſil'itudinem ſo
ciauit. Hic de⁹ humanā naturā
in vnitate pſone ſuſcepit. Ibi fe-
mina decepta ē vt fieret filia dya
boli. hic virgo grã repleta eſt vt
fieret mr̃ ſūmi atqꝫ incōmutabil'
vnigeniti dei. ibi angel⁹ deiectuſ
p ſupbiā ſeducte ml'ierꝫ. mētē ela
tiōis veneno iflauit. h magni ↄſi
lij angel⁹ ꝟginis vteꝝ ex ea naſci-
tur⁹ impleuit. Ibi hō p ſupbiā a
ſua dignitate lapſus ſua heredi-
tate ad quaꝫ creat⁹ fuerat ꝓuat.
hic natural' filij dei exinanitiōe.
ſupra hoieꝫ hō lapſus in dei filiū
adoptat. ¶ Ecce hijs Aug̃. ver
bis aliq̄ꝫtulū patere poterit. q̄ꝫ iu
ſte q̄ꝫ ↄgrue medicinalis dñi nati
uitas morbo correſpōdeat. vt ſal
ua veritate paterne iuſticie hoieꝫ
liberet. dum dictāte iuſticia non
ſine ſatiſfactiōe hō noxi⁹ repat.
et nō habēti vñ ſatiſfaceret libe-
raliſſim⁹ ſatiſfactor hodierna na
tiuitate reo miſericorditer ↄdona
tur. Qui dū oīe debitū etiā mor
tis p dampnato hoīe ſoluit. vt leo
ait i ſer. quo. s. Redit i honorem
ſuū ab antiquis ↄtagijs purgata
natura. mors morte deſtruitur. ꝛ
natiuitaſ natiuitate repat. qm̄ ſi
mul ꝛ redēptio aufert ſuitutē. et
generatio mutat originē. ꝛ fides
iuſtificat pctōreꝫ. ¶ I Quiſq̄s
ḡ xpiano noie fideliter gl'iarꝫ ait
idē Leo recōciliatiōis hui⁹ grãꝫ
iuſto ppende iudicio. tibi eni q̄n
dā abiecto. tibi extruſo d̄ padiſi
ſedib᷒. tibi p exilia lōga errāti. ti
bi i cinerē ꝛ puluerē reſoluto. cui
iā nō erat ſpes vlla viuēdi. p icar
natiōnē ꝟbi ptās data ē. vt de lō
ginq̄ ad tuū reūtarꝫ autorē ꝛ cog
ſcas parētē. liber efficiarꝫ ex ſuo
de exneo pueharis i filiū. vt q̄ ex
corruptibili carne nat⁹ es. ex dei
ſpū renaſcarꝫ. ꝛ obtineas p grãm
qd̄ nō habes p naturā. ¶ Hec at
tendentes nos mortales quid ad
huc mortalibus rebus oblecta-
mur. fugitiuam vitā (ſi fieri poſ
ſet) tenere conamur. Spes lōge
clarior refulſit i terris ait Aug⁹.
vt terrenis pmitteret vita i celis

Eterna itaq; dona ſpe firmiſſi-
ma cõcupiſcam⁹. filij dei eſſe. ac-
cepta ptate p̃ſumamus. An ad-
huc dubitamus q̇d faciat nos fi
lios dei qui p nobis naſci volu-
it fili⁹ hoïs. Et ecce ſanguie ſuo
nos emit. reprobatos pbauit. in
iuriatos honorauit. redemit vẽ-
ditos. viuificauit occiſos. ⁊ quõ
nõ daret nobis bona ſua. qui vt
iuſte daret ſuſcepit mala noſtra.
Gaudeam⁹ g̊ ⁊ toto corde exul-
temus. ſed in dño nõ in ſeclo. in
veritate nõ in iniq̇tate. i ſpe eter-
nitatis non in flore vanitatis. et
tm̃ de ſermone iſto.

¶ De natiuitate dñi ſermo IIII. in ordine. X.

Multiphariam mltiſq; modis olim de⁹ loquẽs pribus in pphetis. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobiſ in filio. ad Hebreos. j.

A Celeberrimã dñice natiuã-
tis feſtiuitatẽ cũ gaudio celebrã
tes. diuinũ deuotiſſime adorem⁹
miſteriũ. Ad qd btũs Leo in ſer.
2. hui⁹ feſti hortat̃ di. Exultem⁹
in dño dilectiſſimi. ⁊ ſpiritali io-
cũditate letemur. q2 illuxit dies
redẽptiõis noue. repatiõis anti
que. felicitatꝫ eterne. Repat̃ eni
nobis ſalutꝫ nr̃e annua reuoluti
one ſacr̃m. ab inicio pmiſſum i fi
ne redditũ. ſine fine mãſurũ. in q̃
dignũ ẽ nos ſurſum erectꝫ cordi-
bus diuinũ adorare miſteriũ. vt
qd dei mũere agit̃. magnis eccl'ie
gaudijs celebret̃. Et vt idez inq̇t
ſer. 6. nihil celebri⁹ nihilq; magꝫ
fidenter ſpiritali mens attigit in
tuitu. q; q; de⁹ dei fili⁹ genit⁹ de
p̃re coeterno. idẽ etiaz ptu ẽ nat⁹
hũano. Sz hãc adorãdã in celo
⁊ i terra natiuitatẽ null⁹ nob di-
es magꝫq; hodiern⁹ iſinuat. Nõ
ſolũ eni in memoriã ſz in ꝯſpectũ
quodãmõ redit angeli gabrielis
cũ maria ſtupẽte colloquiũ. ⁊ ꝯce
ptione d ſpũſctõ. tã mire pmiſſa
q; credita. autor mũdi editus eſt
vtero ꝟginali. Et q̇ oẽs naturas
ꝯdidit. ei⁹ ẽ fact⁹ fili⁹ quã crea-
uit. Hodie ꝟbũ dei appuit carne
veſtitũ. ⁊ qd nũq; fuit hũanis o-
culis viſibile. cepit etiã mãib9 eẽ
tractabile. hodie i nr̃e carnis aïe
q; ſubã. ſaluatorẽ angelicꝫ vocib⁹
didicere paſtores. ⁊ apd dñicorũ
p̃ſules gregũ hodie euãgelizãdi
forma pcõdita ẽ. vt nos q̇z cũ ce-
leſtꝫ milicie dicam⁹ exercitu Glo
ria i ex. d. Et i ter. p. ho. ⁊c̃. h̃ ille

¶ Venit eni dñs ih̃s xp̃c ꝯtagia
nr̃a auferre. nõ ppeti. nec ſuccũ-
bere vicijs ſz mederi. veit vt oẽm
lãguorẽ corruptõis ⁊ vniũſa vul
nera ſordentiũ curaret aïaꝝ. ppt
qd oportuit vt nouo naſceret̃ or
dine. q̇ nouã ipollute ſinceritatiſ
gr̃az hũanis corpib⁹ inferebat.
Oportuit vt p̄mã genitricꝫ inte-
gritatẽ naſcẽtꝫ incorruptio cuſto
diret. vt cõplacitũ ſibi clauſtꝝ pu
doris ⁊ ſctitatꝫ hoſpiciũ. diuini
ſpũs ſctus iſuſa fuaret q̃ ſtatuit